Hipmetri Sternitur infœlix alieno vulnere. cœlumcꝫ Aspicit, & dulces moriens reminiscitur Argos. primi versus pes sextus est cęlum, hinc manet syllaba que in vocalem desinens. quam principiū sequentis versus absumit, nam scanditur quaspicit &c. ita dices de similibus. & hi versus liciti sunt cuilibet, dūmodo parcissime adhibeantur, quales hic paucos subiecimus. Vergi. in. ix. Omnia longæuo similis vultūcꝫ coloremcꝫ, Et crines albos. Iuue. Saty. vi. Nupta senatori comitata est Hippia ludiū Ad Pharon. ita lego cum Badio, nō cum Mancinello, ludum pro ludiū. Vergi. ij. Georgi. Inseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida. Et steriles platani. Et Geor. i. Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorē. Et folijs vndam. Sil. li. iiij. Tyburtis magios hispallatemcꝫ Metaurūcꝫ. Et damū dubia meditatus cuspide vulnus. ¶ Hypermeter igitur versus, est, qui post debitos sibi pedes, habet syllabā a principio sequentis versus absumendā, diciturcꝫ ab hyper. i. super, & metron. id est mēsura, quia vltra suā mensuram syllabā continet, quā (vt dixi) necesse est in m. vel vocalē desinere, sequēti versu a vocali incepto, nisi fiat synęresis. hoc dicit Seruius in illud Verg. ænei. i. Quibus orbis in oris. Iactemur doceas, ignari hominūcꝫ locorūcꝫ Erram⁹. Diomedes quocꝫ sic ait Obseruatur autē in heroico versu ne vltimus pes sit trissyllabus, exceptis pauculis versibus qui hypermetri dicūtur, quoꝝ abundantiā excipiunt hi versus qui sequūtur, a synalœpha ratione rhithmica facta: eo ꝙ factū vitium qđ erat in fine versus, cōtinuatio sequētis emendat. necꝫ solū cōtingit id hexametris, sed etiā Sapphicis & pluribus, nuncꝫ tn̄ id vidi in pētametris. Hora. iiij. car. in. ij. Ode. Plorat & vires animūcꝫ morescꝫ. Aureos educit in astra nigrocꝫ inuidet orco Hic duo sunt hypmetri. Idem. ij. car. ode. xv. Mugiūt vaccę tibi tollit hinnitū Apta quadrigis equa &c. ꝓpter dicta mal⁹ esset ꝟsus. Vt me defendā dones arcumcꝫ sagittascꝫ; Sic ero latronis tutus ab insidijs. necꝫ em̄ sequēs versus a vocali inchoatur & si posteriuscꝫ tolleres, latinitatē læderes. Nam ꝙ cōiunctio nisi gemīata in medio nō

Que coniunctio. ponit, vt meminit Valla in libello de sui & suus. Ideo ineptū est Alexandrinū illud. custoscꝫ sacerdos &c. Coniunctio quocꝫ diuersa coniūgit, ideo male dicitur, Iunxerūt dextra dextræ latericꝫ latuscꝫ

Deformes rugis vetulę gelidiq; senesq;, quia superfluū est in vtroq; vltimū que. Sed queret hic qspiam, nōne hoc excusat poetica licentia? Nam poetae plerūq; aliquid pro supplemēto versus addisse cōperitur. Verg. i. aene. Multū ille & terris iactatus & alto, Ille teste Seruio, vacat positū, vt stet versus. In eodem libro, Mlta quoq; & bello passus. hic ait Serui9, duas coniūctiones separatas naturaliter nō coniungimus, nisi metri necessitate, ergo vna vacat. sifia sępe notat Seruius, sed si caute respexerimus, vix repiemus quicq; in Vergilio penitus supuacaneū. Vitabim9 itaq; supfluas cōiunctiones, & queuis inania verba parūq; ad rem ptinentia. Polysyntheto & asyntheto si res expostulat, recte vtemur, sed polysyntheto rari9. Verg. Panaq; Syluanūq; senē nymphasq; sorores. Idem Ferte citi ferrū, date tela, scādite muros. Obseruādū quoq; est Seruij documentū in illd' aene. i. Vi superū sęue memorē Iunōis ob irā. hic ait Seruius, inuenies sępe, p actiuis passiua posita, vt, pictis bellant Amazones armis. aut cōtra vt. Populatq; ingentem farris aceruū. hęc variatio vel potius cōtrarietas, repitur in alijs ptibus orationis, vt sit nomē pro aduerbio, vt hoc tunc oīpotens coelo descēdit ab alto, pro huc, sic in participio, vt. Et qua vectus Abas. i. qua vehebat, & in nomine. vt hic memorē non quę meminerit sed q̄ in memoria erat. hęc nos imitamur, sed noua ad illorum exempla non formamus, haec Seruius, quae sunt valde contra eos qui maiori licentia abutuntur in libello, q̄ Vergilius in tota aeneide. Non sum adeo obtusus, vt nesciam poetas mlta licenter dixisse, veluti Vulcanum pro igne, Venerem pro amore, abietem pro tabellis, pocula acheloia, pro quibusuis aquis, raucum clamat, pro rauce, Pars secant pro secat, vos o Calliope aspirate, pro tu calliope, teste Seruio, de hoc tamen in syntaxi diximus, & ipsa praeneste, quia intelligitur illius appellatiuum. Cybelle pro Cybele, & id genus alia q̄ plurima, quorum quędā nunc Veneri ducuntur. Non tamen licet vsq; adeo licentiā protendi quasi liberum sit, cuiq; scriptori, relictis grammaticae praeceptis omnia pro voto confundere, Etenim (vt ex pulchro Seruij praecepto didicimus) in licentia magis inuentis q̄ inueniendis vtimur. Ex dictis liquet mlto liberiorem esse in loquendo poetam q̄ oratorem aut historicum. quod ostendit Quintilianus in lib. i. de instit. orat. Auctoritas ab oratoribus vel historicis peti solet. Nam poetas metri necessitas excusat. haec Fabius. Quidam grammaticorum contemptores, volunt omnia sibi licere, omnia iudicio aurium pensiculantes, ex auctoritate Gellij. Verum hij vehemēter errant, nam solis doctis auribus mos gerundus est. Doctae aures sine notitia gramma-

Exundātia metri gratia.

Licentia poetica.

Aurium iudicium.

ticæ nullę sunt. scribēdi recte sapere est & principium & fons. an nō credis Chœrulum aureis suas cōsuluisse, consuluit certe sed indo ctę erant. Quicquid doctis auribus placet, bonum est, sed id quærendū est an omniū aures doctę sunt. veterum auribus multa placuerunt, quæ Vergilij auribus displicuere, nisi admodū parce in paucis. Sūt (inquit Martialis) qui attoniti legūt terrai, frugiferai. Actius & quic quid Pacuuiusq; vomunt. Si pro cuiusq; aurium iudicio conficien da sit oratio, infinitus erit scribendi modus. Errāt itaq; homines, ne q; enim voluit Gellius aut Prob⁹ apud Gelliū, omnia pro aurium iudicio moderanda (vt isti moderari volunt, quo ignauiam suam excusent) sed dixit si diuersæ sint voculæ synonymæ, interrogabi mus aurē quo quid loco magis locari deceat, veluti an rectius treis partes, an tres ptes dicemus &c. Multa profecto vitāda sunt in car mine, a me & alijs grammaticis diligētissime in diuersis locis decla rata, q̄ contēptores isti grāmaticorū sine grāmaticorū pceptis minie queūt vitare itaq; semper Marsi sunt nunq̄ Vergilij, afferā nunc de vitijs pauxillula.

Vitia carminis.

¶ Ergo in carmine fere eadem vitantur quæ in prosa, vt sermonis ambiguitas & inepta adiectiui a substātiuo, nominis a cognomine, recti a verbo, dictionis regentis a recta, declarati a declarante traiectio. Earundem literarū vel syllabarum pręser tim longarū dura concursio. veluti · has res o luci ad. scriptas mi simus æli, Carmina manca canis. O fortunatā natam me consule romā. Casus cassandra canebat. Exiret mentes fraternas grata ma lis lis. O tite tute tati tibi tanta tyranne tulisti. Vbi m. crebra est Meta cismus dicitur, vbi l. Labdacismus. vbi i. Iotacismus. vbi vero s. Po lysigma. Exempla. Mihi male maximam miseriam multiplicasti. Sol Lunaq; luce lucent alba leui lactea. Iunio Iuno Iouis iure irascit. Sosias in solario soleas sarciebat suas. Est tamen vbi sibilo op⁹ est, veluti sale saxa sonabant. Idem poeta artificiose r. literam frequen tem posuit vt stridorem exprimeret, vt de Orōtis naui tempestate obruta, Torquet agens circum & rapidus vorat æquore vortex. Idem At tuba terribili sonitu procul ære canoro Increpuit. vbi im petum & vehementiam maiorem significans vsus est creberrime dactylo, vt alibi. Quadrupedante putrē sonitu quatit vngula cam pum. & in secundo. æneí. Conuellimus altis Sedibus impulimusq; ea lapsa repente ruinam Cum sonitu trahit & danaū super agmina late Incidit. Vitabis itaq; Pleonasmū, Perissologian, Macrologiā, Amphibologiā, Tautologiā, Cacophatō &c. licet poetę non sem per vitauerit in magnis opibus. Item versus Leoninos. vt. Aethio pū terras iam feruida torruit æstas, frequētes vitabimus interim ta

men non inuenuste interserent. Vergi. Caua tempa ferro Traiicit. I nunc & verbis virtutē illude supbis, sic apud oēs alios parce insper sos cernes. Hęc igit iam dicta vitia fugiēda sunt, non tamē adeo qn interdū afferant elegantiā & iucunditatē carmini. Nam vt Diomedes ait) plærūq; etiā nimiæ artis opinio fugiēda est, & interponēda simplicitas rudis atq; imperitæ dictionis, non propter hoc solū, q in oibus rebus nimiū lenociniū odio dignū est, sed q plærūq; acribus sensibus maior iucūditas. si naturaliter proferat. Semp euphoniæ inuigilandū est. quia (vt idem auctor inquit) euphonia in dictionibus plus interdū valet q analogia vel regula pceptorū. ¶ Seruius in illud ęne. iij. Progredior portu classes & littora linquēs, ait. Finitus est versus pticipio, qd raro fit apud latinos, apd gręcos est vitiosissimū. hoc preceptū Seruij nullo modo verū est. Nam q vitiosum est apud græcos, nescio, certe apud latinos est frequentissimū, neq; est aliquo modo asymphonia vel Cacophaton, hoc est incōsonantia, aut malus sonus. Verg. Hęrbas contundit olentes. Et summa papauera carpens. Syluasq; sequentes. Suaue rubenti. Iamq; videnti. Vidi cum matre legētem, Sub nocte canentē. Sub rupe iacentem. Et grandia lilia quassans. Cui prima frementē, Iam brachia cōtrahit ardens. Glæbasq; iacentes. Syluamq; sonantem. Lapidēq; reuertēs. Retinacula tendēs. sic idem alibi persępe. sic Catullus, Ouidius, Propertius, Horatius, cæteriq; plus millies, ideo Seruiū hæc dixisse vehementer miror. Ridiculꝰ nimis est in multis Alexander vt in xij. li. siue (vt Alexādrinis placet) cap. vbi fatue sic precepit de Synalœpha & Ellipsi. Viles sunt istæ præ cunctis et remouendæ. Etē licet hæ figurę videri possunt duriores, tamen vbi aut languorem, indicamus, aut rem tardiorē, vel magnā, plurimū venustatis affert. Verg. Monstrū horrendū informe ingens cui lumē ademptū, non potuit melius Polyphemi mōstrositas. pictura indicari q hoc vsu. Idem nec dum etiā irarū causæ sęuiq; dolores Exciderāt. Magnam igitur grām habet hęc collisio, vbi hiatu & magnifica platiōe opus est. siquidē (vt Cicero ait) habet ille tanq hiatus & concursus vocalium molle qddam, & qd indicet nō ingratā negligentiā, de re hoīs magis q de verbis laborantis. ¶ Ellipsis & Synalœpha, duriores sunt in principio versus a monosyllaba incepti, sed poetę nō semp refugerūt. Tu studeb vitare quantū potes. Qui ipse sui nati minxerit in gremiū. Hor. Nam vt ferula cędas meritū maiora subire Verbera nō vereor. Martianus Capella. Quę istorū laudes ptulit harmonia. Idem apud alios quoq sed pce inuenies, ideo rarissime imitare, monosyllabæ nāq; interēptio nunq bene sonat. Itē duriuscula pu-

Alexādri erratū in synalœpha & ellipsi.

Ellipsis.

tat collisio in q̃nto pede exametri, & in anapæstis pentametri, p̃sertim si sit Ellipsis. poetæ tñ non semper obseruant. Iuue. Loripedē rectus derideat æthiopē albus. Sic alij quoq;. Tu caueto nisi forsitā rarissime, q̃a (vt sæpe dixi) nęuulus elegāti corpori non turpis est.

Vocalis nō absumpta sed correpta tantū

Non perimens longam raro breuiare poeta
Consueuit, veluti sunt insulæ ore canendæ

Vt diximꝰ aliq̃n m nō p̄imi. Priscia. in p̄ihegesi. Et formā cōtra positaꝝ imagīe coni, sic vocalis an̄ vocalē nō semp absumit. sed aliq̃n solū corripit, q̄d notādū magis q̃ꝫ imitādū cēseo. Verg. in Buco. Et lōgū formose vale vale iq̃t Iolla. Idē. Credimꝰ an q amāt ip̄i sibi sōpnia fingūt. Et alibi. Victor apd̄ rapidū Simoēta sub Ilio alto. Priscia. in p̄ihegesi. Nūc magno nobis sūt insulę ore canēdæ. Verg. Insulæ Ionio in magno q̄s dira Celeno. Idem. Clamarēt vt littus Hyla Hyla oēsonaret. sic plura inuenies tam p̄ce in tāto opere imitāda.

Vocalis ante vocalem immutata.

Id mirare magis, vocalem nil variatam
Interdum cernes velut Ionio immenso

Aliquando vocalis manet inuariata, sed id quoq; notandū magis est q̃ꝫ imitandū. Ouidi. lib. iiij. Meta. Iactari quos cernis in Ionio immenso. versus est spōdaicus. Vergi. in bucol. Et succus pecori & lac subducitur agnis. alij tamē legunt. Et pecori succus &c. Marti. lib. xi. Clamant ecce mei Io: saturnalia versus. Verg. iiij. ęne. Lamētis gemituq; & fœmineo hululatu Tecta fremunt. Sedul. Crediteiam miseri adueniet dominus. Verg. Amphion Dircęus in Actæo Aracyntho, similia apud Ouid. in Meta. multa leges. Verg. i. æne. Posthabita coluisse Samo hic illius arma. Martial. lib. ij. Pontice cum lycino hic quoq; magnus homo est. Iuue. Sat. ij. Si fur displiceat Verri, homicida Miloni. Vergi. Clamassent vt littus hyla hyla om̄e sonaret. notum est hęc similiter posse defendi vt superiora. in quibus tñ grāmatici voluerūt h. aspirationē, consonantis vim obtinere, vt apud Vergi. ix. æneid. Terga fatigamus hasta nec tarda senectus. & lib. vij. Feruida pinū Sustinet, ac natę Turniq; canit hymenęos. et li. x. Graiꝰ homo infectos linquēs p̄fugus hymenæos. Verū hæc facile soluūtur, quia in omnibus cæsura est cuius licentia in similibus locis breuis ponit̄ apud Vergil. Grauia sectoq; elephanto. Grauidus autumno. Omnia vincit amor. H igitur tantū aspiratio est. Horatiꝰ. Quo me cunq; rapit tempestas deferor hospes. vtut est notāda sunt non imitanda exempla, vbi vocalis ante vocalem, aut aspirationē non

H. aspira. tantum.

absumitur. nisi tam parce in tanto opere, vt ea quæ nunc subiiciam vbi vocalis correpta naturaliter non adimitur. Vergi i. æne. Et vera incessu patuit dea, ille vbi matrem. Catul. Saltē laudemus, dummodo ipse egeat. Emendatiores libri habent, dum tamen ipse egeat. Vergili. æneı. ix. Rumpe moras omnes turbataq; arripe castra, hæc tria testimonia adduxit Mancinellus, cui in vltimo astipulatur Nicolaus Ferettus repræhendens eos qui legunt, Rumpe moras omnes, & turbata arripe castra, quia ignorant (inquit) illud a Seruio dictum in .ij. æneid. vitiosum esse cæsuram cadere in Synalœpham. Etiam ignorant q; coniunctionem communem esse tam sequente consonante q̃ vocali, vt ait Seruius in tertio æneid. Liminaq; laurusq; dei. Ouidius. Et bis Io Arethusa Io Arethusa vocauit. Claudianus. Tum vaga humorum grauitas. &c.

O & heu.

Heu o non perimes, at o interdum breuiabis.

Vbicūq; vocales integræ sunt dictiones nunq̃ mutantur ante vocalem, teste Sulpitio, vt. i. e &c. Ego tantum testimonium inueni de o aduerbio & interiectione, & ferme producitur. vbi est vocādi aduerbium, interdum corripitur. heu quoq; non interimitur sed semper producitur. Tibul. lib. ij. O ego ne possem tales sentire dolores. Ouid. in Epi. Penelopes. O vtinam tunc quum Lacedæmona classe petisset, Obrutus insanis esset adulter aquis. Horat. Tonsori lycino cōmiserit o ego læuus. Idem. O & præsidium & dulce decus meum, asclep. est. Propertius lib. iiij. Egerat a stabulis o Erythræa tuis. Ouid. xiiij. Meta. O & de Latio, o & de gente Latina, Præcipuum matrona decus. vbi etiam in latio, vocalis vltima sine interemptione perstat. Vergili. in buco. Te corydon o Alexi, trahit sua quemq; voluptas. Propertius libro secundo. Tu quoq; o Eurythion vino centaure peristi. Ouidius Fasto. tertio. Heu vbi pacta fides, vbi quæ iurare solebas? Papi. libro quinto Theb. Heu vbi nunc furiæ. Idem licere puto in hei & ah si opus fuerit.

Vocalis ante vocalē in eadem dictione absumpta.

Vocalem perimunt plerumq; in nomine eodem,
Sic Maro docte refers, aluearia vimine texta.

Synalœpha fit nōnunq̃ in eadē dictiōe. Oui. Notus amor Phædræ, nota est iniuria Thesei. sed tunc synæresis potius dicit̄ siue episynalœpha, q̄ est conglutinatio duarū syllabarū in vnā facta, vt pāthus p pāthous. Episynapto. i. cōiūgo. synęresis. i. cōplexio vl̄ cōtractio, a syn. i. con, q̄d coniūctionē indicat, & hęresis diuisio, quasi diuiso-

Episynalœphasis.

Synęresis.

Heresis. Orthographia. Despauteriana.

coniūctio, vt Alcinus pro Alcinous, bini pro biuni, synæreo .i. cōtraho vel coniūgo. heresis aspirat̃ qd̃ indicat aphęresis, ideo qdam synhęresis, dihęresis &c̃. aspirāt. Ego puto sine aspiratione recte scribi synæresis, vt Philippus, de qua re in orthographia dicā si CHRISTVS cum sanitate vitā cōcesserit. ¶ Synęresis est duarꝫ vocaliū in vnā contractio naturaliter diuisarꝫ, vt Thesei, Phaetō, Tereo, aure⁹, trissyllaba sunt. aliqñ tñ metri causa vt dissyllaba ꝓferunt̃. Nūc oīa latius per doctissimorꝫ poetarꝫ testimōia ostēdemus. Proptius li. iij. O centū ęquoreo Nereo genitore puellæ. Vergi in Buco. Nec tm̃ Rhodope mirat̃ & Ismarus Orphea, Quantū oīs mundus gaudet cātante Sileno. Et alibi. Lege sub Euristheo fatis Iunonis iniquæ. Sido. in epithalamio Polemij. Hic rotat excussum vibrans in sydera Pyndū. Encheladus, rapido fit missilis ossa Typhoeo. Porphyrion, &c̃. Iterꝫ Verg. Furtūq; Promethei. Idem, Aiacis Oilei. Propt. Non sic Hęmonio salmonida mixtus Enipeo. Oui. in. vi. Meta. Degeneras scelus est pietas in coniuge Tereo. Nec mora traxit Ityn. In his oībus fit synęresis, ut reliqs obliquis noīm in eus per eu dipthō. vt aūt hæc synæresis non est passim admittēda, ita nec penitus refugienda, sed ꝟsibus parce inserēda, quādoquidē nemo poetarꝫ eam contēpserit. ¶ Quod aūt synęresis fuerit in datiuo typhoeo, satis liquet, quia typhoeus in eus desinit per eu diphthongō. vt Orpheus, non in ęus typheus per æ dipthongū vt Matthęus, queadmodū recte docet cōtra Tortelliū, Nestor nouariēsis, quia solū nomē in eus per vnicā syllabā habet a in actō singulari secūdæ declinationis, vt thesea, orphea, persea &c̃. est itaq; typhoeus trissyllabū, scd'a syllaba est pho, tertia eus, quod liquet, quia actūs eius in a est tetrasyllabus. Oui. v. meta. Aethereas ausum sperare Typhoea sedes. Ibidē. Emissumq; ima de sede Typhoea terræ, Cœlitibus fecisse metū, & paulo post. Huc quoq; terrigenā venisse Typhoea narrat. Ergo apd̃ Ver. pri. Gæor. Cęūq; Iapetūq; creat sæuūq; Typhoea, Et cōiuratos. hypermeter est quia vocal̃ sequit̃. apud Ouidiū vero lib. iij. Nec quo Cētimanū deiecerat igne Typhoea. Nunc armat̃ eo, nimiū feritatis in illo est. synęresis est quia sequēs versus a cōsonāte inchoat̃, ut apd̃ Vergi. in nomine oīa in. vi. ęne. Bis patriæ cecidere manus, quin ꝓtinus oīa Perlegerēt oculis. hęc vera & antiqua lectio est, teste in hūc locum Badio. Petrus Crinitus lib. xxij ca. vij. dicit esse ꝟsum dactylicum qa (vt ait) sextus pes est dactylus. ¶ Secundō fit synæresis in possessiuis in eus penultima correpta, forsitan & in ꝓductis, sed testimonia nulla habeo. Oui. xij. meta. Barba erat incipiēs barbæ color aureus, aureaq;. Ex humer⁹ medios coma depēdebat in armos.

Synęresis in possessiuis in eus.

vbi etiã hypermeter est & scandit Aureus. aura Quex humeris &c. Verg. Ferreiq; Eumenidũ thalami & discordia demẽs. Petrarcha li. v. aphricæ. Dum subterraneo tremuit pia Roma tumultu. Verg. i. æneí. Atria dependẽt lychni laquearibus aureis. sic plũbeus & similia inuenies. Fit idem in nõnullis alijs. Verg. iiij. Gœor. Seu lento fuerint aluearia vimine texta. Tibul. lib. ij. Rure leuis verno flores apis ingerit alueo. Compleat vt dulci sedula melle fauos. hic ẽ apis pro apes. Claudi. Theodosius priuatus adhuc. Lactãtius. Duodecies vndis irrigat omne nemus. Vergi. Fixerit aeripedem ceruã. non potest esse proceleumaticus contra multos, quia aer primã producit. Aeripes. i. leuis quasi aereis pedibus. Dicitur quoq; ab æs æripes. i. æreos pedes habens, sic volunt sumi apud Ouid. in epist. Narrat & æripedes Martis arasse boues. Marcus manilius lib. ij. Duodecatemoriũ constat bissenaq; cuncta. hęc parcissime imitabimur, & tum carmẽ etiã exornabũt, vti quod nũc subijcio. Prop. lib. iiij. Eosdem habuit secum quibus est elata capillos. Eosdem oculos, lateri vestis adusta fuit, mẽdosi codices habẽt hosdẽ hoc non cõsiderantes. Tortellius, Sulpitius, & multi alij secundã in ablatiuis eodẽ & eadem dixerunt aliquãdo corripi. mecũ est Gęor. Valla lib. xxxviij. ca. xi. sed dictos versus Propertij (e quibus opinio nostra omino probatur) Gęor. nõ ponit, meũ est hoc vt alia plurima. Vergi. in buco. Vno eodẽq; igni sic nostro Daphnis amore. Idem ęne. xij. Vno eodẽq; tulit partu. paribusq; reuinxit Serpentẽ spiris. Et alibi. Vna eadẽq; via, sanguisq; animusq; sequũtur. Proper. li. i. Hoc eodẽ ferro stillet vterq; cruor. Idem lib. iij. Hac eadẽ rursus Lygdame curre via. Calphur. eglo. iiij. Rupe sub hac eadem quã proxima pinus obumbrat. Cato. Nõ eodẽ cursu respõdent vltima primis. Hos auctores poterimus pce imitari, quia pce vsi sunt, vt qd diximus alibi de tenuis. Lucr. Mittũt efficies quoq; debẽt mittere tenuis. Idem. Tenuis ẽm mens est & mire mobilis ipa. Rufus Festus in arato. Tenuia & angusto lumẽ iacet ore p æthrã. Sta. Obnubit tenuia ora comis, ac talia fleur. vbi ppter tot breueis duæ vocales abijciũtur, qd rarissime repies nisi sit diphthõgus. Serenus. Ebibe seu salibus piper adde & tenue cuminũ. Synæresis in ijs quæ omibus licent in lectione sequẽti docebitur.

Synæresis nulli vitanda.

Omibus ista licẽt huic, cui, dij, dijs, quoq; dehinc, dein
Proin, deest, semianimis, put, deorsum p̃hẽdere, seorsũ,
Sic ij, sic ijsdem, quædam diuisa leguntur.

Vergi. Huic coniũx Sichæus erat. In hoc & in cui i. est consonãs, te

c

Huic. ſtibus Sulpitio & Hebriſſenſi,ex Priſci.huic interdũ diſſyllabum eſt. Sido in.iij.panægyrico. Aſſurrexit huic,coxit quot torridus auſter. Pius Baptiſta in hunc locũ ait diſpeſci quãdoq; bipertiléq; vocẽ fieri huic. Priſcia.auctor eſt Papiniano teſtimõio. Serus huic voto videat dare thura nepotes.ſic legit recte Pius,licet vulgus grãmaticorum legat,Letus huic dono videas dare iura nepotes,Papi.in ſyluis Falſus huic pœnas &c.Rufus Feſtus. Finis huic gades ſeptenaq; gurgite vaſto.

Cui. ¶ Vergi.Cui pendere ſua patereris in arbore poma. ſic compoſita.Ouid.iiij.Triſt. Cur quoties alicui charæ ſua vincula dempſi.Hora.Non cuiuis homini cõtingit adire Corinthũ. diuidit interdum.Albin⁹.Ille cui ternis capitolia celſa triumphis. Manilius lib.iiij.Sic erit & ſedes fugiẽda,petenda cuiq;.

Dij dijs. ¶ Oui.ix.Meta.Dij melius,dij nempe ſuas habuere ſorores.Verg.Dijs aliter viſum.In proſa ſunt diſſyllaba ex ſingulari diius,vnde eſt mediuſfidius.nam ſyneręſis ꝓpter carmen ſolũ inuẽta eſt.nec extra carmẽ duę vocales in vnam ſyllabã contrahunt niſi per diphthongõ.quę in dij & dijs nulla eſt.aliud eſt de bini bigæ,quia hic vocales quędã penitus extritæ ſunt,quæ vti non ꝓferuntur,ita nec ſcribũtur.nam integra ſunt biuni biiugæ,neq; ſimile eſt de huic & cui,in quibus proprie ſyneręſis nõ eſt,ſed naturaliter monaſyllaba ſunt,vt dũs ei in qbus i conſonãs eſt,vt in huius,cuius,eius.

Ei. Ei tñ ad differentiã interiectiõis(vt Priſcia.ait)ſæpe eſt diſſyllabũ.Catullus de Emylio.Non(ita me dij amẽt)quicq; differre putaui.hic dij rectius eſt diſſyllabũ.ſcḋo ſinterempto.dei & deis ſcḋm rectã declinationẽ ſępe legunt,vt in declinatiõibus declaramus.

Dehinc. ¶ Iuue.Sat.xv.De hinc clamore pari cõcurrit & vice teli Sęuit nuda manus.ſæpiſſime diſſyllabũ eſt.Sil.lib.vi.dira dehinc in bella ruit.& li.x.Fama dehinc gliſcẽte ſono iã ſydera adibat.ſic leges in Pap.Verg.Hor.Auieno cæteriſq;.

Dein cũ ſuis. ¶ Dein.cum ſuis,deinde,deiceps.Verg.Expiat,tu deinde iubeto certet amyntas. Hor.Redde age q̃ deinceps reſiſti.

Proin. Proinde. ¶ Proin vñ proinde.Verg.Proinde tona elogo.

Deeſt deerat.&c. Deeſt ſic deerã dees,deero deeſſem deeſſe &c.Sil.li.vi.Nec cernerẽ deerat fruſtra ſeminecũ querẽtia lumina cœlũ.Mar.li.viij.Sint Mecœnates nõ deerũt,Flacce Marones.Luca.li.iiij.Non deeſt,plato ieiunus venditor auro.Idẽ.Quiq; fluat multo nõ deerit corpẽ ſanguis,ſic Verg.Oui.cæteriq;.

Semianimis.& ſimilia. ¶ Semianimis,ſemihõ,ſemiũcia,ſemiermis &c.in qbuſdã i ne ſcribit qdẽ,nam ſemiũcia ſępius lego q̃ ſemiũcia.Ver.ſemihõis Caci facies quã dira tegebat.Oui.Frigidior glacie ſemianimiſq; fui.Idẽ ſemiuſtãq; facẽ vigilata nocte viator.Sil.xij.Semiermeq; manũ ſternendã obiecerat hoſti.ſic ſilia inuenies pſima.Prout ap ḋ Hor.legi,& qad vt ſcãdatur prut,quad.ſic

meiṗ ma tripm anteit pit. Deorsū, seorsum in Lucre. sunt freqntia. in alijs nō inueni, apd eundē deerro deerras. ybū primę sitr p synęresin pfert. hui interiectio monosyl. ē teste Nicolao feretto. ¶ Prǽhendo tā notū ē vt extrita diphthōgo. pndo scribat. ij, ijs, idē, ijsdē pr declinata. Ver. Iidē venturos tollem⁹ in astra nepotes. fecit id in fęmineo gñe Philel. in qrta qrtę. Nescis qbus ęq flagrātibus ardēt. bestioꝗ flāmis. Oīa iā dicta pter huic, cui, in psa vocalibus diuisis pferunt et in carmie si opus fuerit quicqd Alexādrini et alij qdā garriūt. hęc est mea opinio. rō mea iam satis liquet, vbi de dij & dijs loqmur. Iı ijdem ijsdem. Eæ.

Diæresis.

Scandere si bene vis, tu nosce diæresin apte.
Ex vna per quam duplex fit syllaba semper.
Sic syluæ Vates lyricus trissyllabon effert.

Diæresis est vnius syllabę in duas diuisio, vt syluę dissyllabū est sed Vates lyricus. Horati⁹ per treis syllabas syluę dixit, ideo notitia huius figuræ ad scansionē necessaria est dięresis. i. diuisio, diæreo. i. diuido. Nunc videamus in qbus dictionibus sæpius est diæresis. Ergo i & u ppositæ in eadē syllaba reliquis vocalibus, vel etiā sibi, consonantes efficiunt, nec vocaliū vim retinēt, ideo diphthongū non efficiūt vt Ianua, Ieiunus, traijcio, Iocus, Iuppiter, vanus. Venus. vinū voueo. vult interdū tamē per diæresin vocales efficiūtur omnino licenter nusq̄ nisi parcissime in tanto opere id imitandū est. Plautus in prologo Asinariæ. hoc agite sultis spectatores nūc iam, ysus est Iambicus trimeter, in quo iam dissyllabū est, quod apd alios nusq̄ inueni. Verg. Iam noua pgenies &c. Terēt. in And. Sine inuidia laudem inuenias & amicos pares. hic teste Prisciano, Inuidia pentasyllabū est. versus Terentij est Iambicus trimeter, cuius primus pes est tribrachus, nec aliter stare posset, vt li. i. dicit Priscianus. Hor. in Epodo. Niuesq̄ deducunt Iouē. Nunc mare nūc syluæ. hic teste eodem, syluæ trissyllabū est. namq̄ dimetrū iambicū est, coniunctū pētemimeri heroicæ. qd aliter stare non potest, nisi syluæ trissyllabon accipiatur. Soluit (vt idem auctor notauit) trissyllabū est in hoc Phaleucio Catulli ad passerē, Q. zonā soluit diu ligatā. Subiungā ipse plura huius rei testimonia vbi u consonās fit vocalis. Oui. Nūc quoq̄ te saluo persoluēda mihi. Catullus de coma Berenices. Condita qn veri pectoris euoluā. Ouid. in epist. Debuerant fusos euoluisse suos I & u. vbi vocales vbi cōsonātes sunt Iam. Inuidia. Syluæ. Soluit.

¶ Hæc de soluo & voluo sunt admodum frequentia Catullo, Tibullo, Propertio, Ouidio, ideo non prohibuero si parce admiseris Euoluo. u liquidum

¶ Secundo u post g. & s. quandoq̄, & post q semp liquescit. id est

Suaue. Suasit.

nec vocalis nec consonās haberi potest, nec penitus nulla literā, neq; em̄ profertur vt vocalis, nec penitus supprimit, sed quasi langui dori quodā sono raptim pronūciat, vt languor, lingua, aqua, suadeo, suauis. V in aqua, vocalis proprie non est, quia dyssyllabū nomen est, ergo u & a in eadē syllaba locātur non per synæresin, non per diphthongō, non est igitur vocalis, neq; consonās est, quia prior in aqua pduceret. In qbusdā locū habet diæresis. Verg. de liuore Non lux non cibus est suauis illi. Phal. est. Sta. i. theb. Immo agite & positis quas nox inopina suasit. Verg. in hortulo. Holus suaue multiplex herbę genus. Iamb. tri. Hora. viij. Sat. lib. i Quū mihi non tm̄ furesq; ferę q; suetæ. Lucillius u vocalem vertit in consonantē, quia maluisti trissyllabū protulit, vt in versilogo docet Mancinellus. Lucillium in hoc imitari nollem. Sueuus populi nomen, semper trissyllabum est. Lucan. ij. Fundat ab extremo flauos aquilone Sueuos. Nunc redarguenda est grāmatistarum & indoctissimorum hominum impudentia, qui contra veritatē conantur defenderē I esse consonantem in Iacobus, Iesus, Iason, iaspis, iambus & plurimis alijs.

Sueuus. Maluisti. Seuerus.

I vocalis vbi male putatur esse consonans.

Nominibus græcis, non consonat i vel hebręis
Quapropter dices Iacobus, Iambus, Iaspis,
Profer Iulus, Iapis, Ioannes & Iesse.
Suaueq; ab indoctis laniatum nomen Iesus.

I litera neq; in Græcis neq; in hebræis vnq; est consonans, vt docet Georg. Valla Placentinus lib. xxxviij. ca. xxx. idem docet Aelius Antonius Nebrissensis, in qua per indoctos decepti sunt. Sul. & Niger in nomine Iesus, de quo Niger ait. E ante s pducit vt Iesus. pter Iesus vbi Niger dupliciter peccat, quia Iæsus ineptū est exemplū, siqdem per ae diphthongū scribitur, & Iesus indoctissime demitur, nec excepit Niger plura. igitur licet Niger multa non inepte docuit de metris accentibus, de generibus carminū, de poematis, tamē in quantitatis regulis ne pili qdem faciēdus est. sed pgamus. Ex hac doctrina patet errasse Petrū Rigam in Genesi, De quo cōcepit ✠go beata Iesum & Alexandrū. Dat Iesus um quarto, Iambo vel nulla vel saltē tertia detur. Et cuspis iaspis &c. Filius Alphei Iacobiq; Maria genit. & cætera, in qbus, Rigam auctorē habet pardo maculosiorē. Arator Iesus priore pducta semp dissyllabū facit. Prudentius fere extrita e lrā Isus videt dixisse, ad neutrius licētiā imitari velim. In Sedu. li. iiij. Pręceptor miserere. potes namq; oīa Iesu, nescimus an dissyllabū sit an trissyllabū. Siliter peccāt, qui per vnicā syllabā Iob dicūt, aut per

IESVS.

Iob.

duas Iason, Iesse, Ioseph, Iacob, Ionas &c. Afferã nũc de pluribus testimonia. Qui. vij. meta. Pelle moras tibi se sp debebit Iason. Hora. in arte. Syllaba longa breui subiecta vocat Iambus, Baptista Mantuanus. Multa sinus et colla vires ornabit iaspis. Q đ si dicãt (vt sunt hoies cõtumacissimi & in puersa opinioe obstinatissimi) hos vsus esse spõdaicos, pbe illas baeluas irrisero vsibus, in qbus nihil subterfugij est. Hora. in Epodo, Ode. iij. Perũxit hoc Iasonẽ, iãbicus dimeter. Sido. epist. ix. Ferox iãbus & trocheus hactenus, iãbicus trimeter In eodẽ li. Rarus iambo. vsus est adonicus. Mart. li. ix. Et pcium magnis fecit iaspidibus. Claudianus ad Iacobũ magr̃m equitũ. Per cineres Pauli, p cani limina petri, Ne laceres vsus dux Iacobe meos. Valeat igit Riga plurimoꝝ erroꝝ fons in Luc. dicens. Alphei Iacobus Thaddeus, Bartholomeus. Iuuẽcus. Aegyptũ cum matre simul transportat Ioseph. Idem. Vrget monitis Mariã puerũq; Iosephus sic habẽt emendatissimi libri, non Ioseph vrgetur &c. Vergi. i. aenei. Iulius a magno demissum nomẽ Iulo. vbi notabis i vocalẽ primitiui Iulus, esse versam in deriuatiuo Iulius in consonantẽ. quinetiã ipse Hora. Iulus, dissyllabũ ptulit per synęresin in li. iiij. car. Ode scđa Pindaꝝ quisq; s studet ęmulari Iule cęratis ope dędalęa. Nititur pennis vitreo daturus Nomina põto. Tres Saphici sunt cum adonico. Idem cõtingit in Iudea & Iudaeus, quia Iudas vñ haec formãtur hebreũ est, ergo trissyllabũ, vt Aelius Nebrissensis docuit. Luca. Incerti Iudaea dei, Hora. Vin tu Iudęis oppedere. Idem fecit Ouid. in noĩe Iazyx noĩe populi, in. ij. li. Trist. Iazyges & Colchi Metereacq; turba Geteq;, Danubij medijs vix phibent aquis, vbi indocti per I. Iazyges legerũt. Val. flaccus li. vi. Increpat & stricto sic vrget Iazygas ense, hic i vocalis est, notauit hanc rem in. iiij. Plinij. Hermolaus barbarus, idem fit interdum in nomine Naias. Non damnarẽ itaq; Prudentium vel Iuuẽcũ, nisi semper licenter protulissent Iesus. Nam inuentis parce vtendum est, similia fingere vix in maximo opere nisi parcissime licet. id cognosces si veterum monumenta diligenter excusseris: Iapyx, iapix, iapis, iapetus. & alia quaedam in medijs syllabis visuntur, aut in vocali ante vocalem, Iuuencus. Dixit Ioannes cui talia reddit Iesus. ¶ Haec sunt mi Ioannes laurenti quę tibi dicata voluimus ob veterem nostram amicitiam, neq; eñ opinor Pyladen vehementius amasse Oresten, aut contra, q̃ ego te & tu me amas. Fungere nunc igitur amici officio, hoc est totis viribus libellos nostros defendito ab illiteratis canibus. Ego secundũ librum aggredior, aspiret cęptis: Nazara cui foelix (vt Iuuencus ait) patria est & nomen IESVS.

Iason. Iambus. Iaspis. Iacobus. Ioseph. Iulus. Iulius. Iudaea. Iazyx. Naias.

Ioannis Despauterij Niniuitæ.

Despauterij artis versificatorię liber Secūdus generaleis quantitatum regulas continens.

¶ Ioannes Despauterius Niniuita Ioanni Neuio Hondiscotano theologo eloquētissimo, & apud Louanios Lilianorum moderatori prudētissimo, & suo pceptori oppido q̄ venerādo. S.D.P.

SEcundū artis v̄sificatoriæ nr̄æ libellū celsitudini tuę non veritus sum dedicare pceptor mi disertissime, q te (quem parētis loco semp habuerim, nec vnq̄ minoris fecerim q̄ Appollinarē suū Gellius) oratorio & poetico studio, succisiuis tēporibus vehementer oblectari certo sciam. Neq̄ enim more aliorū theologorum paucis tui similibus exceptis, grāmaticam vt tenuem cauillaris, ex cuius ignoratione in quauis doctrina multa errorū milia irrepserunt. Plurimi sane sophistę & agrāmati glossulas pulchre callent. Qui diui Hieronymi, & Augustini & Sidonij scripta aut aliorum veterum theologorum rite noscant, paucos reperiri tuo facile testimonio conuincā. Fęlix profecto es pceptor optime, q literaturā politiorē semper amaueris, quæ facit vt veterum & neotericorum monumenta iuxta intelligas. Talis namq̄ philosophus es, qualē vult architectū suum esse Victruuius, hoc est theologus summus, nullius artis expers. Talis quoq̄ est theologus et vere philosophus, preceptor meus venerabilis Ioannes Raethshouen, talis ac tantus quantū fuisse Taurum philosophū predicat Gellius, Immo maior quia theologus excellentissimus, cuius meminero dum spiritus hos reget artus. Ad te redeo dulcissime Neui, orāste (quē artis nostræ doctissimū esse scio) vt quæ videbis recte a nobis reprę hensa, defendas contra imperiti vulgi abusum. Plurima nāq̄ aliter imperita multitudo, atq̄ ego cum doctis profert, quare non ignorās me vehementer ab imperitis vituperatum iri, huius te libelli defensorem constitui. Obsecro ne esse recuses. id si impetro, omneis theonum & dentes & nasos facile contemnam. Vale cum doctissimis viris & amicis nostris Iodoco Igto & Martino dorpio. Ex Bergis, x. Calendas Ianuarias anno domini. M.CCCCC.X.

Quantitatis syllabariæ regularum generalium, Prima de positione.

Vm postponuntur vocali consona bina
d Aut duplex longa est positu. quod si duo subsint.
Finali, raro positu producitur illa.

Vocalis naturaliter breuis quã duę consonantes continuo sequuntur, ita vt vna consonantiũ in eadem dictiõe cum vocali ponatur, aut quã in eadem dictione sequitur duplex. id est. x. z. vel i cõsonãs, producitur ea vocal' positione, siue positu consonantiũ, vel duplicis. Q, si vocalis sit vltima dictionis litera, & in principio sequentis dictionis sequãtur duæ consonantes, rarissime producit̃ positione. Consonãs bis posita pro duabus habetur, vt prima in amnis producit̃ positiõe, similiter bis vbi cõsonãs seqtur, vt Bis venit ad mulctrã. sic rexi, gaza, aio. sed iam latius singula declarabo. ¶Dixi igit̃ vocalis qa oĩs syllaba gr̃a vocalis quãta dicit̃. ¶Dixi naturaliter breuis qa si naturaliter ꝑducat̃ non opus fuerit ad positionẽ confugere, vt vocal' in est & ast, naturaliter corripit̃, vt liqt ex es & at. Ast certe poeticũ est, & vix recipit̃ nisi sequẽte vocali. Verg. Ast ego quę quæ diuũ incedo regina. Persius tñ dixit, Ast vocat officiũ. ¶Dixi ita, vt vna consonantiũ &c. quia non oportet vtrãq; in eadem syllaba locari, verbi gratia a in at corripit̃, eadem si consonãs in principio sequẽtis dictionis ponat̃, ꝑducet̃. Verg. At regina graui. ¶Dixi aũt quam in eadẽ dictiõe sequitur, duplex hoc est x z i. consonãs Tunc eñ vocalis positione ꝑducitur, X semper duplex est, vt dixi, texi, rex, & ponitur pro cs vel gs. ¶Z rarissime simplex ẽ, nec vnq̃ sine auctoritate. Verg. Arma virũ tabulæq; & Troia gaza per vndas. Idem. Ex gaza distabãt. Produc igitur nazara, Eleazar, azymus, licet id cõpositũ est, testis est Mancinellus. Nebrissensis dicit m̃ta de perizoma cõtra Alexandrũ, quod si inueniatur, corripit̃ inquit, qa compositũ est. I duplex est inter duas vocales vt aio, baiulo, baiulus. Sedulius. Venter puellæ baiulat. Secreta quæ non nouerat. duo sunt iambici dimetri, vt illud. Claustrũ Mariæ baiulat, sic recte Riga Inde viris sanctis baiulat Ille crucẽ. Ineptus igitur est ꝟsiculus. Clotho colum baiulat, Lachesis net & Atropos occat. de hoc versu aliquid videbis in litera o in vltimis syllabis. Baiulo est onus fero, sunt qui nolunt recte dici baiulus literarũ sed tabellarius, grãmatophorus. id credo esse verũ, vbi ꝓcedẽs vocalis per cõpositionẽ aduenit corripit̃, vt biiugus, quadriiugus, reiicio tamẽ variatur vt patebit.

¶Dixi postremum Q, si vocalis sit vltima dictionis litera, &

Ast. X. Z. Perizoma. I. Baiulo. Grammatophorus.

in principio sequẽtis dictionis sequãtur duæ consonãtes, rarissime producetur positiõe, adeo vt vix ea positio sit admittẽda, nisi parcissime in maximo opere. Expertus loquor, perlegi enĩ omneis fere poetas, Lucretiũ, Vergi. Catullũ, Tibullũ, Propertiũ, Ouid. Hora. Maniliũ, Cicero. Germanicũ. Lucanũ, Senecam, Persiũ, Iuuenalẽ, Martialem, Valeriũ Flaccum, Silliũ, Papiniũ, Rufum auienũ, Columellam, Palladiũ, Claudianum. Ausoniũ, Sidonium, & in his oĩbus vix septies aut octies eiusmodi positionẽ reperire potui, et id quidem in eis ferme locis, vbi aut dubia fuit lectio, aut cęsure licentia esse potuit. Concedamus itaq; aliquãdo reperiri contra Alexandri doctrinam, sed ita vt diximus. Sil. ix. Immane stridẽs agitur crebroq; coacta Vulnere bellatrix properos fert belua gressus. Luca. li. iij. Procũbunt nemora spoliant̃ robore syluæ. Verg. lib. ix. Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros. Iuue. Saty. viij. Occulta spolia & plures de pace triumphos. Positus est teste Mancinello interprete. idem. Satyra vlti. Curabitis vt sit Vindicta grauior q̃ iniuria dignũ erit ergo. Idem. Sat. vi. Medijsq; in naribus ingens Gibbus & acre malũ sæpe stillãtis ocelli. sed alij libri habẽt semꝑ quod videt̃ sensui auidissimis carpẽtis, rectius conuenire. Sunt qui credãt vltimã in historia naturaliter breuẽ positu, produci apud Iuuenalẽ dicentẽ, Historia speculum &c. At fallũtur hoĩes, quia historia in eo loco ablatiuus est, qđ patet per adiectiuũ eius recenti. ait aũt Iuuenalis Sat. ij. Res memorãda nouis annalibus atq; recẽti Historia, speculũ ciuilis sarcina belli. alij fallũtur in illo eiusdem poetæ. Sat. iij. Miserę cognosce proęmia rixæ. vbi inepte legunt p̃mia, quũ legendũ sit procœmia, vt Mancinellus docet. Venerabil̃ Beda (cuius artẽ non legi) affert ex Sedulio (vt Gaguinꝰ ait) Adueniat regnũ iamiamq; scilicet illud. at impressio quã vidi, habet Adueniat regnũ cœleste videlicet illud. Adducit
Tmolus. Nestor ex. vi. Met. Ouidij. Deseruer̃ sui nymphę vineta Tmoli. versus est spondaicus vt Nestor ait, & ꝑducitur vltima in vineta positione, quia sequũtur tm, nam Tmolus dissyllabũ est, nec vsq; legitur timolus trissyllabũ, contra Tortelliũ, qui dixerat in Ouidio Tmoli legendũ, vt versus staret, in quo videt̃ Tortellius errorẽ Alexãdrinum seq. Oui. x. Meta. Iudice sub Tmolo certamẽ venit ad impar. Vergilius hũc montẽ Tmoliũ appellat dicens in Georg. Tmolius assurgit quibus & rex ipse Phanęus. Sunt tñ post Nestorẽ viri doctissimi qui asserant vtrũq; dici tmolus, & in Ouidio timoli legi, vt Ra-
Timolus. phael Regius, & Georgius Valla Placẽtinus li. xxxviij. ca. x. Is per Pliniũ probat qui dicit veteres dixisse Timolũ. Idem asserit Hermolaus Barbarus in li. Pli. xxxiij. ca. viij. quia vtrũq; testat̃ dici teste Ste-

phano,& Timoli nõ Tmoli haberi in Oui.cõtra Nestorẽ. ¶ Aelius Antonius Nebrissensis vir doctissimus.adducit testimoniũ Catulli dicẽtis. Dulce mnenosynõ mei sodal'. Phaleucius v'sus ẽ, in q̃ putat e in dulce ꝓduci põne, ver: infirma ẽ hçc Aelij ꝓbatio,q̃a Catullus non mõ iambũ huic carmini in primo loco dedit,sed etiã trochçũ. Catul.de Acme. Ista turpiculo puella naso. Et negat mihi vr̃a reddi- turã, Perseq̃mur eã & reflagitemus Mçcha putida redde codicillos, Redde putida mçcha codicillos, Quinq: sunt hendecasyllabi in eo- dem epigrãmate. Idem ad Lycinum. Semimortua lectulo iacebãt, Phal.est. vbi primus pes est trochçus,nã semi vltimã corripit. Oui. li.ij. Met. Semifer interea diuinæ stirpis alumno Lætus erat. ¶ Ma- crobius dicit vltimã in ablatiuo fratre ꝓduci in hoc spõdaico Ver- gi.lib.ix. Nec Clycio genitore minor nec fratre Mnestheo. vbi etiã synæresis est. M eñ apud græcos vim mutæ obtinet. Verg. æne.iiij. Mnesthea Sergestũq: vocat fortemq: Cloantũ. Seruius Macrobio haud indoctior,legit Menestheo gratia v'sus,sic alij quoq:. Sta. vi. Theb. Discus nec dubia iuncta ve Menesthea victũ Trãsabijt me- ta.sic ibidem,Menestheus sæpe. E quibus facile intelligere possum⁹. rarissimã esse positionẽ,& vix admittendã si dictio in vocalem de- sinat,& sequens a duabus consonantibus inchoetur. nam si a dupli- ci perpetuũ corripiet. Luc. Talem fama canit tumidũ super çquora Xerxem. Verg. Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos. Etenim vbi positio videbitur esse aut coniũctio,forsitan erit perpe ram subtracta,aut cæsura locũ habebit,nam quod Nebrissensis cũ Sulpitio affert ex Vergilio, Tribulaq: traheæq: & iniquo pondere rastri,nullo modo ꝓbat hanc positionẽ, q̃a q: simili loco apđ Ver gilium ꝓducitur,vbi positio nullo modo locũ habet. vt.iij.æne. Li minaq: laurusq: dei. vbi Seruius ait.breuis pro lõga posita est. De- fenditur aũt, vel q̃a monosyllaba ad artem non ꝑtinẽt, vel ꝑticula quç sui substantiã non habet,membrũ putatur superioris orationis hæc Seruius,quibus quid velit non satis intelligo,quia monosylla- ba non minus ad artẽ pertinere videtur q: polysyllaba. vt a,ab,de, e,&c. Et membrũ esse superioris oratõis nihil confert ad productio nem.ideoq: puto produci solũ cçsuræ causa(vt ante dixi) Verg.ali bi. Drymoq: Xãthoq: Ligeaq: Phylodoceq:, Idem. Euriq: zephy- riq: tumẽt. Oui. Syderaq: vẽtiq: nocẽt. Idem. Sarculaq: rastriq: gra ues. Rectius igit' corripiemus finalẽ vocalẽ. Sido. dulcia Mnemosy- ne demirãs carmina Sapphus. Oui. piscosamq: Gnidon grauidam Amathunta metallis. Horat. Linq̃mus insani ridentes p̃mia scribæ. Idem. Ignoscent si quid peccauero stultus amici. Luca. Terga sedent

Mnesthe- us. Mene- stheus.

crebro maculis distincta smaragdo. huius rei exempla facile multa inuenies, in quibus tamē vel s. absumi, vel liquidam locū habere testantur Diomedes & Priscianus, secundū quos mali essent versus. Hectora deuicit certamīe Phthius Achilles. Fœda Phthisis putri torquet mea viscera tabe. Non prætermittā doctissimi Capellæ opinionem de positu in iiij. lib. sic dicentis. Proximi sermonis consonantes nihil præcedentem adiuuāt, licet Vergi. refragetur dicens. Arma virumq; cano Troiæ. Et item. Fontesq; fluuiosq; voco.

Regula secunda de liquescentia.

Cum muta liquidam, scribens in syllaba eadem
Ancipitem ponas vocalem quæ breuis esset.
Hanc tamen in prosa semper breuiare iubemus.
Sunt l & r liquidæ, quis raro iungimus n m.

Quādo vocalē natura breuē, sequūtur muta & liquida, eandē cum sequente vocali constituētes syllabā, ita tamē vt præcedēs vocalis in eadem dictione ponatur, ipa est anceps in versu, in prosa vero semper correpta. mutæ sunt, b c d f g k p q t. liquidæ l. & r. & aliquādo. n. m. Oui. xiij. Met. Et primo similis volucri mox vera volucris Vergi. Albaniq; patres. Ouid. iiij. Meta. Tempus atla veniet tua quo spoliabitur auro. Ibidem. Id metuens solidis pomaria clauserat Atlas Montibus. Claudianus in sexto consulatu Honorij. Texerat vrbē Tarquinio mirante Cocles. Verg. ij. Geor. Ingredior sanctos ausus recludere fontes. Sil. li. i. Fas aperire mihi, superūq; recludere mētes. De n & m. rariora sunt exempla, vt arithmos. i. numerus, & tegnō. id est filius. apud Euripidē corripiūtur, teste Prisciano lib. i. Marti. in vltimo Epigrā. li. ix. Quæ noua tam similes genuit tibi Leda ministros. Quæ capta est alio nupta Lacæna cygno. Sūt tamē qui habeāt. Quæ capta est cygno nupta Lacæna alio. at apd̄ Hor. manifeste corripit in q̄rto car. Ode. tertia. Dōnatura cygni si libeat sonū, Asclep. est. Ausonius ad Paulinū. Longæue tm̄ superamus honore senectæ. Quid refert: cornix non ideo ante cygnū. Valer. flac. lib. iij. Velocq; procnessum. est finis metri. Procnessos insulæ nomē est. Sunt qui dicant signū primā similiter corripere apud Lucretiū, Nil tamē esse signi mixtas potuisse creari. plegi hunc poetā. sed dormitaui (vt opinor paululū) dum me hic versus subterfugit. Oui. vi. Meta. Ad mādata Prognes & agit sua vota sub illa. sic habēt nōnulli libri, alij vero Mandata ad Prognes, &c. Mart. lib. vij. Delectāt Mariū si pniciosus Ichneumon. significat ichneumō beluā quandā ægypti. Mancinellus. Cōmunē mediā græcis seruabit arithmos. Sil. lib. viij. Ecce

Cygnus.
pcnessos.
Signum.
Prognes.
Ichneumon.

inter primos Terapnȩo a sanguine clausi. Idem li. xiij. Nõnunq̃ affirmat Terapnȩos Ilion armis Cessurꝫ. Paris ad Helenã. Rure Terapnaeo nata puella Phrygem. Stat. iiij. Sil. Sic lubrica ponit Membra Terapnaea resolutus gymnade pollux. Terapnȩus. a. ũ. a Terapne: est patria Helenȩ, scribit̃ sine aspiratiõe cum p añ n, non Therapne, nec teramne teste Bergomate. Hor. li. ij. car. Ode. iiij. Mouit Aiacem Telamone natũ Forma captiuae dominũ Tecmessȩ. duo sunt sapphici. Oui. iij. de arte. Odimus & moestas, Tecmessam diligat Aiax. Tecmessa mulieris ꝓpriũ est, in quo m liq̃da est. Notauit idẽ Geor. Valla Placentinus li. xxxviij. ca. x. errauit igitur, Tardiuus credẽs cõtra Priscianũ m nunq̃ liquescere. Idẽ li. i. car. ode. i. Si neq; tibias Euterpe cohibet nec Polymneia Lesboũ refugit tendere barbiton. hic post si neq; tibias sequũtur duo Asclep. Oui. v. Fast. Dissensere deae quarꝫ Polymneia coepit Prima. Verg. in ciri. Nam verꝫ fateamur, amat Polymneia verum. hic n liquescit m mutȩ vim obtinet, vt ex Macrobio diximus. Mancinellus in versilogo m tanq̃ posuit mutam. Polymnia penultimã ꝓducit, vt elegia, q̃a graece cum ei diphthõgo scribit̃ a poly. i. multũ, & mneia. i. memoria, hic diphthõgus diuiditur queãdmodũ interdũ eligia dicim⁹ pro elegia. In hac s̃nia sunt Nebrissensis & Nicolaus ferettus, Calepinus quoq; in cuius opere male dicit̃ penultima corripi, in Polymnia, vt alia m̃lta, quod video esse chalcographorꝫ incuriae ascribẽdũ. Sũt qui perperã scribãt (vt ait Nicolaus ferettus) Polyhymnia a poly. i. multũ, & hymnos. i. laudatio. Feretto astipulat̃ Nebrissensis dicẽs. sũt q̃ Polyhymnia scribãt, sed hi non vidẽt q̃d quũ Polymneia per ei diphthongõ in penultima scribat̃, auctores diphthongũ soluerũt, q̃d plerũq; in eiusmodi dictionibus fieri cõsueuit, vt elegia &c. Oui. viij. Met. Debuit illius misereri & ignoscere nobis. sic habent oẽs libri quos vidi Certe veteres gnosco pro nosco dicebãt, vt gnatus pro natus &c. Nunc igit̃ vt hãc rem paucis finiã, l & r. sine dubio liq̃dȩ sunt, m vero & n liquescũt in paucis, q̃ auctoritate cõstant, nam nõ inuẽtis vti minime auderẽ. Queãdmodũ s. litera apud Enniũ liquescit in verbo asto in hoc v̾su apd̃ Varronẽ li. iij. de lingua latina. Subulo fini timas ꝓpt̃ astabat aq̃s. id in alijs imitari nõ auderẽ in ascẽdo, resto, sed nec ip̃m asto satis ausim corripe. S. queãdmodũ absumit̃ satis dictũ est. Priscianus vult etiã p̃imi apd̃ Verg. in. xi. Ponite spes sibi q̃sq;, sed haec q̃ angusta videtis, de hoc in p̃cedẽte lectione ample diximus. ¶ Dixi notãter in regula vocalẽ natura breuẽ Nam q̃ sine positiõe ꝓducit̃, nulla liq̃scẽtia põt corripi, vt p̃ma in m̃rimoniũ sic secũda in aratrũ, lauacrũ, & t̃tia in simulachrũ, inuolucrũ cõtra ti b̃gq̃.

Terapnȩus
Tecmessa
Polymneia.
N O T A
Ignosco.
Asto.

¶ Dixi eandem cum sequente vocali constituētes syllabam &c. alioqui liquescentia locum non haberet, vt obnuo abruo &c. Sunt qui dicant d liquescere in smaragdus, propter illud Martialis lib. v. Sardonicas Smaragdos, adamātas, iaspidas vno Portat in articulo stella Seuere meus. Calderinus tñ ait hic s. perimi. veterꝫ more.

Regula tertia de Diphthongis.

Diphthongum produc in græcis atqꝫ latinis
In græcis semper, verum subeunte latina
Vocali breuio, veluti præit atqꝫ præustus.

Oīs diphthongus naturaliter ꝑducitur tam in gręcis qꝫ in latinis, vt musæ, cœna, audio, euge. In gręcis qdem etiam subeunte vocali, vt Eacus, Euāder, Oeagrus. In latinis vero tum corripit, vt pręesse, pręuro, præhēdo, & omnia a prę cōposita sequente vocali, pręhendo exemplū. datur a Græor. Valla li. xxxviij. ca. xi. Oui. lib. vij. Met. Cōcipit interea validos Aetias ignes. Ver. Gurgite iam medio portans Oeagrius Hebrus. Idem æneī. vij. Stipitibus duris agitur sudibusve pręustis. Oui. xij. Meta. Raptaturqꝫ comis per vim noua nupta præhensis. Cicero in Arato. Nam quorꝫ stirpis tellus amplexa præhēdit. de illis, Insulæ Ionio in magno &c. dictū est. ¶ Diphthōgus est duarū vocaliū vim suam retinentiū in eadē syllaba conglutinatio siue complexio. Dico vocaliū, propter i & u consonanteis, vt iuuo, voco. ¶ Subdo vim suam retinentiū, propter u liquidū, vt lingua, aqua, suadeo. ¶ Addo in eadem syllaba, ꝑpter Phaetō, quod trissyllabū esse testatur Quintilianus li. i. insti. orat. dicēs apud Varronē in hoc versu Quū te flagrāti deiectū fulmine Phaeton, vitium esse qđ græci synęresin vocāt, nam si esset prosa oratio easdem lr̄as enūciare veris syllabis liceret. Male igit̄ dixit Tortellius Phœtō scribi per œ diphthongon, quod patet etiā testimonio veterū poetarum. Mart. li. v. Audaci questus de Phaetonte pater. Hora. iiij. car. Ode. xi. Terret ambustus Phaeton auaras. Sap. est, venit a phaeno. i. luceo. ¶ Diphthongus dicitur duarū vocalium sonus, a dis bis, & phthoggos sonus, latini g ante g in n vertunt, & dicunt phthongos, vt angelus pro aggelos. ¶ Sunt autem diphthongi quibus latini vtuntur æ œ au & eu, & in paucis ei. atqꝫ in paucissimis yi. de cæteris gręcorꝫ diphthongis quibus non vtimur, nihil dicam. ¶ Au & eu vti scribuntur ita proferuntur, sic æ & œ in quibus tamē e magis auditur a & o obscurius. Ei & yi proferuntur, pene per i longū, sed ignauia & ignorātia hominū fecit, vt vix quisqꝫ recte sciat diphthongos pronunciare, ita soni illarū iam obliterati sunt. neqꝫ enim

Diphthōgus. | Phaeton.

eodem modo pronunciandũ est cedo, cuius præteritũ cessi, et cædo cuius præteritũ cecidi. neq; item eodẽ modo ęs nomen vt es verbum neq; rursum fœlix vt felis, aut fœmina vti femur, nam quid vtilitatis haberent diphthongi si non proferrẽtur, neq; enĩ ideo diphthõgi inuẽtæ sunt vt per eas longæ syllabę a breuibus noscanẽ, quia sedes, cedo cessi, pedo & alia innumera producũtur sine diphthongis. debẽt igitur & scribi & proferri vt Nebrissensis multis docet & Geor. Valla li. xxxi. dicit ambas vocales in diphthõgis habere vocẽ retusam, & sensit id Gaguinus dicẽs. Ae & œ forti⁹ vegetiusq; proferri debere. Sed quid dicã de asinis istis qui ne scribendas quidem diphthongos censent, quas etiã in libris non adeo veteribus, semp scribi conspicimus, vt in singulis fere templis, & cœnobijs, & bybliothecis videre licet. Mihi certe omnis epistola, oĩs liber sine diphthongis qd gothicũ saperẽ videẽ, diphthongos itaq; æ & œ, a veteribus semper scribebãtur, vt patet ex arcubus triũphalibus, & antiqs lapidibus e terra erutis, & in numismatis, & ex Martialis lib. xi. vbi in lupũ iocatur, qui Martiali prediũ dederat. sed adeo exiguũ vt prandiũ maluisset, hinc iocatur poeta festiuissimus, vñ post mſta dicit. Errasti Lupe litera sed vna. Nam quo tpe pdium dedisti, Mallẽ tu mihi prandiũ dedisses. Prędiũ vna litera mutata fit prandiũ, ponẽdo scilicet n pro e, ergo in pdium teste Martiale est a litera, ¶ Au licẽter diæresin in nonnullis patiẽ. Catul. Verbosa gaudet Venus loquela. Phal. est. vt hoc eiusdem. Si linguã clauso tenes in ore. in fine hęc diphthongus nusq; est, nisi in laus & fraus, nam Emaus castelli nomẽ, trissyllabũ est, vt recte docet Hermãnus Torrẽtinus. ¶ Eu in pricipio scribiẽ, vt Euander, Euãgelus, propriũ viri. euangeliũ ab eu i. bonũ, & angelus nũcius, qd inepti scribunt euuangeliũ euenus, euemõ, euon, euã Sunt Græcissantes, qui volunt hęc afferri quasi scriberetur efander, efangeliũ &c. ¶ Reperiẽ in fine vt heu. Item Perseus, Orpheus &c. quæ propria sunt omnia, & in ipsis diphthongus diuiditur, aliquãdo e correpta vt Orpheus, aliquãdo e producta ut Gryneus. Ouid. xij. Meta. Cũmq; suis Gryneus immanẽ sustulit aram Ignibus. Ibidem de eodẽ. Figitur hinc duplici Gryneus lumina ramo. Eruiturq; oculos. vbi autem eus per diphthongum, vbi eus per duas syllabas legi debet, diligenti poetarũ lectione discendũ est. ¶ Eu diæresin patiẽ heu, vt dicit Seruius in hũc versum Vergilij, Heu q; pingui macer est mihi thaurus in auro, vbi tamẽ alij legunt heheu, alij heu heu. ¶ Oe in fi. non scribitur iõ Beroe trissyllabũ est. ¶ Ei in fine est vt hei, & apud veteres scribebaẽ pro i lõgo in datiuis et ablatiuis vt vieis, sueis &c. id Tortelius notauit in marmoribus & numisma

Ae & œ proferũtur.

NOTA

Au.

Emaus.

Eu.

Torrẽtinus.

Oe.

Ei.

tis. Et in accusatiuis pluralibus tertiae declinationis, vbi genitiuus in ium desinit vt parteis, treis, id video a doctissimis adhuc hodie obseruari, ideo & ipse id diligenter custodio. ¶ Yi in paucis vtimur, vt Harpyia, Ilithyia, ea ponam in i ante a. ¶ Ae diuidit interdum interposita aspiratione, vt placet Gellio, vt aenus ab aes ahenus & aheneus. Vergi. Et luce coruscus ahena. Ouid. i. Meta. Tertia post illam successit ahenea proles. Hora. in epist. Si recte facies hic murus aheneus esto. ¶ Apud veteres mutabatur in ai. iam id exoleuit, vt aquai, nepai, aulai, &c. Lucret. lib. i. Ignoratur enim quae sit natura animai. Si due vocales per synaeresin coeant, non est diphthongus, vt Phaeton, aureus. docet hoc Lancilotus de hac re multum differens. ¶ Essem his contentus nisi indoctissimi homines diphthongos adeo neglexissent, vt etiam rarissimus sit ex elegantioris literaturae studiosis, qui has inuiolatas obseruet. ideo quamquam haec res magis ad orthographiam pertineat, operae precium putaui eas tradere in his libris, quia contraria iuxta posita magis elucescunt. Etenim qui ante me scripserunt fere omnes diphthongata non diphthongatis annumerauerunt. Igitur omissis au & eu in quibus rarius peccatur, solum de ae & oe dicemus, ponentes quae ante vocales sunt suo ordine, post regulas de e ante vocales. Quae vero ante consonantes sunt, ponentur suo ordine post regulas de e ante consonantes in tertio libro, tam in medijs quam in primis. Nunc duae tantum regulae generales declarandae sunt.

Yi. Ae. Ahenus. Aheneus. Lancilot.

De ae regulae generales duae. Prima

Prae. Prae syllaba vbicumque in latinis reperitur, etiam si occulta sit compositio, ae diphthongo notabitur. vt praes praedis, praeda, praedo, praedor, praeco, praelum a praeluendo, vt notauit Tortellius. praesto, praestolor. Tolluntur pauca, quae non ideo corripiuntur, quia vocalem ante vocalem habeant. vt preces, precor, precium, premo, vnde pressus, pressi, interpretor, perciae vue. Verg. Purpureae, preciae &c. Dicunt deriuari a praecoquus, quia cito maturescunt. Praecox tamen diphthongum habet. Calphurnius in. ij. ecloga. Insita praecocibus subrepere persica prunis. ¶ Vnicum est graecum Proetus viri proprium. habens oe diphthongon in syllaba proe. Presbyter graecum diphthongo caret.

Precox. Proetus. Presbyt.

Posterior regula.

Quae. Haec. **Genitiuus & datiuus singulares, Nominatiuus & vocatiuus** plurales ae diphthongo annotantur. vt musae, illae, venerandae. sic lecturae, ipsae, istae, quae, hae, ae. Quibus addes quae nomen, etiam singularis numeri. haec cuiuscumque numeri. Papae interiectionem vt vaeh dolentis aut malum minantis dictionem. Nae pro certe & vtique

asseuerandi aduerbium sic quædam, quænam, isthæc &c. Aes, fæx plebs de quibus alibi dicemus, & tm̄ gn̄atim de diphthongis.

Regula Quarta de vocali ante vocalem.

Vocalis breuis ante aliam manet vsq; latinis.

Vocalis ante vocalē in latinis corripitur, vt Marius, Maria, Lucius Lucia, libraria, controuersia, vicaria, caduceus, abigeus, copia, cornucopię, lectoria, & alia plurima. in quibus imperitū vulgus turpissime peccat. Claudianus ad CHRISTVM saluatorē, Quęcq; vtero inclusum Marię mox numīe viso, Virginei tumuere sinus. Prudentius in Psycomachia, Nec mea post Mariā potis es p̄stringere iura. Sidonius in Eucharistico, Veni nunc spūs oro Pontificē dicture tuū qui pectora priscæ Intrasti Mariæ. Baptista mātuanus. Ad Mariæ thalamos famulā misere Siopem. Iuuencus poeta ab Hierony. multū laudatus. Tunc maiora dehinc idem mandata minister Detulit ad Mariæ demissus virginis aures. Iterum Claudianus. Carpebat teneros Maria cum cōiuge somnos. hic est nomē vxoris Honorij. Philelphus quoq; in decadibus semper corripit Maria mulieris proprium, vt beatæ virginis, & sororis Moysi. At Marias mutat vt est Italorum quorundam cognomen. Quod siquis dicat Maria debere produci quia hebræū est, ille nugas egerit; quia non omne hebræū penultimā producit. Sedulius. Quis fuit ille nitor Mariæ quum Christus ab aluo Processit splendore nouo. Alibi idem auctor Maria semper produxit, in quo eum non sequimur, nec Rigā nec Aratorē, nec Petrarchā, nec item alios quotquot produxerunt hoc nomen contra græcos & latinos. Sido. lib. epist. viij. Prisco Lucia quem dat e senatu. versus est Phaleucius. Annuit corripit. Verg. x. Annuit & totum nutu tremefecit olympū. Ennius tamen produxit teste Nicolao Feretto, dicens in. v. annalium. Annuit sese mecū decernere ferro. Tu caue Ennium primus imiteris.

Maria. Lucia. Annuit.

Quinq; exceptiones.

Ni capit r fio produc & nomina quintæ:
E seruent longum si præsit i ceu speciei
Anceps ius erit patrio, dic semper alius
Alterius breuio tantum cōmune sit ohe.
Caius & cai produc, conformia iunge.

Prima exceptio.

Fio producitur vbicumq; abest r. vt fiebam, fiam,

vbi vero adest r corripitur, vt fieri fierem. Hor. ij. car. Ode. viij. Dete si nigro fieres vel vno Turpior vngue. Saphicū cum Adonico est. Mart. li. vij. Quo posset fieri modo seuere. Phal. est. ¶ Suffio, insio, corripiūtur quia a fio longe dissidēt, defio aūt & cōfio ꝓducunt vbi r abest. hic defioculus. i. vnocul⁹ cui oculus desit. Mar. xij. hinc defioculus & iū lippꝰ. Phal ē. Vltia in defiocul⁹ cęsurę licētia, ꝓducit.

Defioculus.

Secunda exceptio.

Nomina quintę declinationis producunt e ante i in genitiuis datiuisq; si præcedat i, sicut speciei, secus corripiūt, vt fidei, rei quę tamen Lucretius produxit, nisi mendosus sit liber. Tu quod nemo hactenus ausus est imitari, ne sequaris, ait aūt Lucre. lib. i. Pręterea rei quæ corpora mittere posset. Et lib. ij. Cuius vti memoror rei simulachrū & imago. Idem ꝓduxit vocalē ante vocalē, in dūo ei ab is, forte quia veteres (vt Cicero meminit) duplici ij scripserunt Pompeij, eij, aijt, qđ exoleuit, qa ait semp corripit, & sil'r ei. Iuue. Ire viam pgant & eidem incumbere sectæ. Ait aūt Lucre. lib. vi. Scilicet & fluuius qui visus maximus ei. Sulpitius legit ei monosyllabū sic, maximus ei est. Priscianus quoq; ait ei datiuū natura esse monosyllabū, sed dięresin pati, ne videatur esse interiectio, id ꝓbari potest per Catullum ad Quintium. Enpere ei noli multo quod charius illi Est oculis, Quicquid est. Lucretius dissyllabo vsus est priore producta, in lib. vi. Et manibus nitidum teneris opus effluit ei.

Rei.

Ei.

Tertia exceptio.

Pronomina secundæ declinationis, & nomina habentia secundā declinationē pronoīum, variant i ante us, vt vnius, illius, q̄ in ꝓsa tm̄ producunt. Alius in gtīo tm̄ ꝓducit, alterius solū corripit. Mataratius dicit solius etiā tm̄ produci. Terētianus grāmaticus ausus ē alterius ꝓducer̄ (vt Prisc. notauit) in hoc trochaico tetrametro catalectico, Sescuplos vel vnā vicet alterius singulū, septem sunt pedes dissyllabi et vna syllaba sextus pes spōdęus ē, qa iābus eē negt. Tu, in hoc Terētianū ne imiter̄, qa inter neotericos nūeratur Nam aū eū Sillius, Mart. et cęteri corripuerūt, Luca. harpē alteri⁹ &c.

Alterius.

Ohe.

Quarta exceptio.

Ohe interiectio exclamantis & satiati variatur, Persius. Auriculis qbus & dicas cute perditus ohe. Marti. in fine. iiij. lib. Ohe iā satis est ohe si belle. Phal. est. Hor. Sat. v. lib. ij. donec ohe iam est finis hexametri, Sūt qui idem posse fieri in vaha & aha autumēt, ohe bacchantis est & tum magis corripit Vergil. vij. æneı. Heu ohe

Bacche fremens. Hora. diſſyllabũ fecit per ſyneresin lib. ij. car. Ode. xix. Euohe recenti mẽs trepidat metu. verſus eſt alcaicus dactylicus.

Quinta exceptio.

Pompei, Cai, ſtai, vultei, ſimileſq; vocatiui producuntur, & vbicunq; i conſonans in vocalẽ vertitur, vt fit in Caius, triſſyllabo &c. Martial. lib. ij. Quod peto da Cai non peto conſiliũ. Et alibi. Si donare vocas promittere nec dare Cai. Ouid. quarto de ponto. Accipe Pompei deductũ carmen ab illo. Debitor ȩ vitȩ qui tibi Sexte ſuæ. Martia. lib. ix. ad conſilium. Peruigil in pluma Caius ecce iacet, ſæpe in vocatiuis i manet conſonans, aut per ſynæreſin profertur. Hora. Durus ait vultei, nimis attentuſq; videris. ¶ Huic Sillius diſſyllabum produxit, aut codex eſt mendoſus in lib. x. Iuueni (ne ſim tibi longior) huic. Et genus & clara memorandũ a virgine nomen. Papinius corripit dicens. Falſus huic pennas & cornua ſumere terræ hunc ſequens. ¶ Nunc de græcis dicendum. Caius. Pompei⁹ Huic.

De vocali ante e vocalem in græcis.

Regula græcorũ multa eſt quam proſa recludet.

Græcorũ quadã producunt vocalẽ ante vocalẽ, vt aer, latria. quædam corripiũt, vt ſophia. Non poſſunt facile vna aliqua regula doceri, ideo regulas ꝓ viribus collegimus de grȩcis & barbaris. q̃s añ me poſuit Antonius Nebriſſenſis, & alij nõnulli. verũ eas adeo declaraui et ãpliaui, vt iure meas dixero, neq; tñ ſũ vſq; eo temerari⁹, vt has me cõſũmauiſſe putẽ, ſed auxiſſe dũtaxat, qm̃ ſiqd ex veteribꝫ cõtra me recte afferat, libẽt cedã, & cãdide docẽtẽ amabo pr̃imũ.

A añ vocalẽ in grȩcis & barbaris q̃bus latini vtunt̃.

A ante a corripit̃, vt Phraates viri proprium. Nauſicaa Alcinoi filia, ponit hoc exẽplũ Nebriſſenſis. Mar. Si mihi Nauſicaȩ pr̃ios cõcederet hortos, Alcinoo poſſẽ dicere malo meos. Baal. Sedul. Tũc coluere Baal nũc elegere Barabbã. ¶ Habrahã inuenio ꝓduci cõtra Nebriſſenſem. Sido. li. epiſt. vij. Habrahã ſctis merito ſociande patronis. Arator li. ij. Deus inquit Habrahã. eſt finis verſus. nauſaicaa Habrahã.

A ante e corripit̃ vt Phaetõ, veluti in regula diphthõgorũ probauimus. Aello canis nomen deriuatũ ab aella .i. impetus turbo, procella, Oui. iij. Met. Et curſu fortis aello. Eſt etiã harpyiȩ nomen in eodem li. Exterruit ales aello. Danae Perſei mater. Horat. iij. car. Ode. xvi. Incluſam Danaen turris ahenea. Aſcep. eſt. Paſiphae Minois vxor. Propert. lib. ij. Vobiſcum eſt Iope. vobiſcum candida Tyro, Vobiſcũ Europe nec proba Paſiphae. Auſo. in Epig. Me Aello. Danae. Paſiphae. Aedon.

potius clausæ subijce Pasiphae. Baptista mātuanus. Et scelera admis so Pasiphaeça boue. ¶ Aedon auis est luscinia siue philomela, nō (vt quidam sōpniant) musici nomen apud Vergiliū de cantu Sire num, vbi de plurib⁹ auibus fit mētio, licet forte Metaphoricos mu sicū aliquē intellexerit ait aūt Vergilius. Quodq; leues calami quod suauis cantat Aedon, Quod lyra quod cytharæ quod moribūdus olor. Seneca in Aga. Ramo cantat tristis aedonis. versus est anape sticus dimeter. habet hic spōdæos duos, & dactylos duos, nam sine anapæsto sæpe anapæsticus dicitur. vt in lib. v. docebo. Calphur. ecloga. vi. Si vincat acāthida cornix vocalē superet si turpis aedo na bubo, Aliq libri hn̄t turpior, et ita synęresin pateret, vt apud Se necā in Octauia. Redderet aedon cuius pēnas. est anapesticus dime ter ex dactylo & tribus spōdæis. ¶ Exceptio aer. Luca. li. i. Aer et lō gi voluēt titana labores. Lucre. li. iiij. per synęresin ꝓtulit dicens. Ex pirāt aerē panaces, absynthia tetra. hūc imitatus est Sido. in epithal. polemij dicēs hunc aerē paritercq; deos sic autumat ortos. Idem fe cit in deriuatiuo seu cōposito Verg. dicēs Fixerit aeripedē ceruā. vbi multi male putarūt esse ꝓceleumaticū, sed hæc synęresis p̄sertim in primitiuo est admodū dura, nec facile imitāda, vt necq; illa in eodē epithalamio sidonij. Materiā cunctis creaturis aera credens, nec illa eiusdē in eucharistico ad Faustū episcopū. Seu te cōspicuis gradibus venerabilis arę. Concionaturū plebs sedula circūsistit, secūdus ver sus est spondaicus. ¶ Laertes æ vlyssis pater. Oui. xiij. Met. Nam mihi laertes pr̄ est, arcesius illi. sic laerte. es vrbs cilicię, Varro p̄ synę resin dixit. O mi laertiade quicqd dicā aut erit aut nō. Apud Horat. secūdo Sermonū legit. O laertiade &c. ¶ Michael Propriū angeli et hoīs Valerius flaccus poeta elegātissimus ad quē Martialis sępius scribit, is inquā in lib. vi. argonauticorū ait, Hic & odoratus flagrāti crine Michael, vbi michael nomē est vnius caspiadarū qui dicūtur esse iudæi. Antonius mācinellus, Augur romulidas inter celebrāde Michael. Idē docet Antonius nebrissensis dicendū esse de cæteris. In ael ꝓpter auctoritatē Flacci, vt Raphael Israel &c. Adducā ego plu ra testimōia. Lactātius firmianus Israel tu rex dauidis & inclyta ples. Male addiderūt indocti hoīes verbū es. qa sensui nō est necessariū, nec in emēdatis codicib⁹ habet. hoc notauit Bebelius, nā ego lōgo tpe Lactantiū non vidi nisi in Papiniū Sedulius li. iij. Quia nō dor mitat in æuū. Qui regit Israel necq; prsus dormiet vnq;. In eodē lib. Sed domus Israel qa necdū noīe gētes auxerat. Fortunatus Israeliti cos iussit adesse uiros, sed hic errauit in syllaba li. quā male corripuit Idem Israel, reliquos floreat ante genus. hunc poetā ne vt vilem ali.

Aer.
Laertes.
Michael.
In ael nomia Israel
Bebelius.
Venātius honorius

quem contemnas. Fuit eñ ante tempus beati Hieronymi vt ex Petro crinito disces. Prudentius in psycomachia. Non aliter cecinit respectans victor hiantem, Israel rabiem &c. Arator semper synçresi vsus est, vt Israel dicta tenet. Caue imiteris nisi forsitan rarissime. Iuuencus male corripuit vt plura alia dicens. Tum primũ iusto cõcurrit nathanaeli. Idem Israelitarũ cumulatae gloria gentis, sed hic synçresin esse malim ne tantus poeta dicatur etiam tertiam syllabã corripuisse. Sidonius quoq; nimis licenter corripuit, etiam vltimã syllabam dicens in eucharistico rapiens quum tympana siccus Israel appensi per cõcaua gurgitis iter Aggeribus vallatus aquae. In eodem Nec secus intremui q̃ si me forte rebeccae Israel aut Samuel crinitus duceret annae, sed iuuare posset hunc synaeresis vt in aerem creaturis concionaturũ quam nos vitabimus Per haec deceptus est philelphus in nona septimae dicens. Petrucius michael Romanae gloria senae. Et meus iste ginus, Et desyderius Herasmus in his sapphicis Porro tu primas tibi vendicato. Carminis partes Michael beate Proxime primus Raphael canere. sic (si recte memini) Politianus pluresq; doctissimi viri a quib⁹ tantũ me in doctrina abesse fateor quantũ ab philosopho aut summo oratore abest holitor, verumtamen. Sepe etiã est holitor verba opportuna locutus. Non ferant itaq; excellentissimi viri aegre se in nõnullis a Despauteriolo famulo suo repraehendi, nam minime respuissent (vt opinor) auctoritatem elegantissimi Valerij Flacci si anima duertissent. Herasm⁹. Politian⁹ puerbiũ.

A ante i corripit, vt Naim vrbs, in Sedulio. Thebais, Phocais, Naidus viri punici nomẽ in pri. lib. Sillij. Iudaicus apud Iuuenalẽ & alios. Cayster cum y graeco, nam in his libris vbicũq; dico i corripi vel produci intelligetam de i latino q̃ de y graeco. I latinũ dicimus quia impure latino alio y. non vtimur sed de his in orthographia differemus fauẽte CRISTo. Sais ꝓpriũ nomẽ Mineruç, & cuiusdã vrbis, cuius icolç Sartç dicunt. Prop. li. ij. Mercurioq; Sais fertur. Boebeidos vndis virgineũ primo composuisse latus. Naim. Naidus. Cayster. Sais.

Exceptio.

¶ Achaia regio graeciç. vnde achaicus, & achais. idis, & achaeus & achiu⁹. Paris ad Helenã. Ah quoties dices q̃ pauper Achaia nostra est. Ouidi. v. Meta. Pars ego nympharũ quae sunt in Achaide dixit. Producũtur quoq; veteres gti & dti in ai siue latini siue grçci, vt animai, aulai, terrai, frugiferai. &c. Honolaides, vide Mençceus, E añ. n. Achaia.

¶ Lais. idis, mulieris propriũ. Proper. Non ita complebãt Ephyrçae Laidos çdes. ¶ Laic⁹ similiter ꝑducitur, qa a laos. i. populus, & laius viri propriũ, quod aliquando dissyllabum inuenitur. Lais. Laicus.

Naias. ¶ Nais.idis, fluminis nympha, quæ etiã Naias dicitur. Vergi. Candida Nais. Hexametri finis. Est quoq; fluuij nomẽ, qui e Tauro nascens in pontum mergitur. ¶ Panchaia regio Arabiæ. Verg. lib. ij. Gæor. Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arena. ¶ Taygetus cum y græco montis nomẽ. Luca. lib. iiij. Gelidiq; is inculta iuuctus Taygeti. ¶ Taygete es vel taygeta æ cum y. Agenoris filia, & vna Pleiadum. Ouid. lib. iiij. Fasto. Maian & Electran Taigetenq; Ioui. ¶ Thais mulieris proprium. Martia. lib. iij. Thaida quintus amat &c. ¶ Thraicius a Thracia. Boetius. lib. iij. Ode. xij. Vates Thraicius gemens. versus est glyconicus trimeter.

Pãchaia. Taygetus. Taygete. Thais. Thraici⁹.

A ante o pducit, vt aon, Laocoon, Amithaõ, Machaõ chaon, didymaon, imaon. parthon, Lycaon, Laomedon &c. Oui. in primo. Meta. Notus feritate Lycaon. Testimonia facile occurrẽt, q̃ si ea multũ desyderes, ex Nestore petito, is abunde satisfaciet.

aglaodos.

Exceptio.

Aglaodos canis nomen, dictus q̃ splendidos dentes haberet. nam aglaos splendidus est, & odus dens. Oui. iij. Meta. Labros & aglaodos & acutæ vocis hylactor. hic forte non inepte legeret agriodos teste Regio, qui agresti & feroci dẽte interpretari potest, agrios nãq; agrestis feroxq; dicit. Aglaophon pictoris nomẽ. ¶ Chaos oim rerũ cõfusio. Oui. i. Met. quẽ dixere chaos. ¶ Gabaõ. Sedulus lib. i. Sol stetit ad Gabaõ. Est vrb iudeę. Gaguinus tñ pduxit, tu corripe. ¶ Laodocus viri ppriũ. Vale Flac. lib. i. Nitit hinc Talaus fratrisq; Laodocus vrget remo terga sui. Laodoce tñ mulieris nomẽ producitur, correpta secunda in epistola eius ad Læandrũ. ¶ Pharaon rex ægypti variatur, sed doctior est a quo corripitur q̃ a quo producitur, quod alios non animaduertisse vehementer miror. Arator lib. ij. Nec iam sua iura Pharaõ ægyptusq; tenet. In eodẽ. Quem vinxerat ante Pharaon. Claudianus ad Iacobũ magistrum equitũ Sic quicunq; ferox gelidum tranauerit Istrum, Mergatur, volucres ceu Pharaonis equi. ¶ Phaon iuuenis a Sapphio poetide impatienter amatus, Martia. lib. x. Durus Sulpitiam Phaon amaret. Phal. est. Ouidius in epistola Sapphus. Arua Phaon celebrat diuersa Typhoidos Aetnæ. Ideo non imitabor Herasmum dicentem Phaon æquoreas Venerem tranuexeris vndas.

agriodos. Chaos. Gabaon. Laodoc⁹. Laodoce. Pharaon. Phaon.

Aonia. Aonides.

¶ Aonia pro hannonia Galliæ regione, corripitur a Petrarcha in epist. lib. i. dicente. Proxima puluereo strepit omnis Aonia campo. at Aonia ab Aon aonis, vnde Aonides musæ producit. Ouidius. Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis.

A añ u pducit̃ ut Amphiaraus, Archelaus, q̃uis Gaguinus corripiat. Nicolaus cõtra ineptulos quosdã. Nam eiusdem originis sunt cum Menelaus. Protesilaus. dicunt̃ namq; a laios. i. populus. Ouid. in epist. Laodamiæ. Bella gerant alij Protesilaus amet. Idẽ alibi. Redde Parin nobis, Helenã Menelaus habebit. Gaguinus. Hic patrem illudit dextrã mentitus Esau. Iuuẽcus. Inde Capharnaũ gradiens peruenit ad oras. Sedulius lib. iiij. Iamq; Capharnaæ synagogam intrauerat vrbis. nomen est vrbis iudææ. Archelaus Nicolaus protesilaus. Esau. Capharnaum.

Exceptio.

¶ Danaus ppriũ viri. vñ græci dñr Danai Verg. li. æne. ij. Quicqd id est timeo Danaos & dona ferẽtes. Oenomaus Hippodamię pater. Papi. lib. i. Theb. Illic mauortius axis Oenomai. ¶ Talaus proprium viri. vide a ante o, Laodocus. Danaus. oenomaus.

Eæ. atq; œ, ante vocalem.

Ante a pducitur vt calliopea. Deiopea, Penelopea, Cytherea, & multa alia quæ græce per ei diphthongũ scribũt, aut per η quã in elongã plerũq; vertimus. Vergi. Orphi Calliopea, lino formosus Appollo, dicimus etiã calliope. Penelope &c. ¶ Agea via in naui, teste Pompeio sic dicta q in eo maxime quæq; res agi solebant. Lucillius. Multa foro ponẽs agea, q longa replet. Contra primitiui naturã producit primã, siue sit ab ago latino, siue ab ago græco. i. duco, vnde est agoge quod primã corripere in medijs A añ g probabo, contra plures. ¶ Pareas sine aspiratione, teste Oibono in illud Lucani lib. ix. Et contẽtus iter cauda sulcare Pareas, serpentis nomẽ est. Oreas. adis, montis nympha, ab oros. i. mons. Verg. æneí. i. Hinc atq; hinc glomerant̃ Oreades, illa pharetrã Fert humero. Errauit in hoc, vt in multis, Petrarcha dicẽs in. iij. Aphricæ. Oreades, Fauniq; leues, Satyriq; frequẽtes Plaudebant. Producit item cẽtaurea, panacrea. althea, galathea, euplea &c. ¶ Ardea corri. vt trabea, cõtra indoctissimos quosdã aliter pcipiẽtes, sunt em̃ latina. Verg. Gæor. i. Altã supra volat Ardea nubẽ. nomen auis. dicta q ardua petat. Est etiam Italię oppidũ. Ouid. ij. Fast. Cingitur interea Romanis Ardea signis. Iuue. Sat. viij. Ancilla natus trabeam & diadema Quirini. Et fasces meruit regum. Aegea. Agoge. Pareas. Oreas. Ardea. Trabea.

Exceptiones tres.

¶ Prima acti in ea ab eus fere ę corripiũt. Oui. vi. Met. Artificẽ medijs immittã Terea flãmis. Nõnunq; tñ producat̃ qd tñ in solis in vẽtis faciẽdũ est. Verg. iij. æne. Idomenea ducẽ desertaq; littora Cretę. Idẽ æne. i. Ilionea petit dextra læuaq; Serestũ, hæc variatio accidit te Obliq ab eus. Idomenea.

ste Seruio, quod graeca lingua quintuplex est, utpote Aeolica, Ionica, Dorica, Attica, cōis. nec corripitur solū e ante a in acto nominis in eus, sed etiā añ i & o et u in cęteris obliquis, quantū ego notare potui, vt Tydei tydeos tydeo tydeū. Ouid. in Ibin. Tantalides tu sis, tu Tereiq; puer. hic Tereus primā cor. Hora. i. car. ode. vi. Nec cursus duplices per mare vlyssei. Et ode. xxiiij. Qd' si thraicio blandius Orpheo. vsus sūt Asclepiadaei, ergo in noīatiuo etiā dicimus vlysseus Achilleus. Sido. in propētico. Calcat Pirithoūq; Theseumq;. Phal. est. Martia. Flet philomela nefas incesti Tereos, & quae Muta puella fuit garrula fertur auis. Ouid. in Ibin. Strymoniae matres Orpheos esse ratae. ¶ Secunda. thea. i. dea corri. vt Dorothea, Leucothea. declarabūtur in e ante us. tamē Galathea & Amalthea producunt, vt Malo me Galathea petit &c. ¶ Tertia. Aeneas viri ꝓpriū in Actis apostolicis corri. teste Valla in Mattheū. Aeneas vero viri troiani propriū producitur. Vergil. Aeneas assum. hinc tamē aeneades patronymicū masculini generis, inuenio semp corripi. Sunt aūt eneadē Romani. Lucre. lib. pri. Aeneadū genitrix hominū diuumq; voluptas, Alma venus. Vergi. Quos contra aeneade bello fecere profanos. Sic alij oēs. nec inficior tamē posse produci. Arator Aeneas viri apostolici nomē produxit, sed in pluribus precipue proprijs hallucinari videtur, ideo amplector Vallae sniam. ¶ Albunea mōtis & fontis propriū, hic ab aliquibus excipit non satis apte, si Seruio credimus, qui vult latinum esse, & nomē in albo recepisse Vergil. aenei. vij. Lucosq; subacta Consulit Albunea, nemorū quae maxima sacro Fonte sonat. ¶ Andreas licet Iuuēcus & alij multi produxerint, vult Valla corripi in Mattheū. ¶ Artocrea & siquid simile sit. Persi⁹. Oleum, artocreasq; popello Largior, an prohibes. Antheas, Reate. is, oppidi nomen. ¶ Baleares populi Hispaniae, fundae iaciendae peritissimi. a ballin. id est iacio correptionis gratia vno. l. extrito. vel a Baleo Herculis comite ibi relicto. Siluius libro tertio. Feruida bella ferens Balearis & alite plumbo.

¶ Bareas viri proprium in. iij. Saty. Iuuena. Boreas ventus. Vergilius. Hic tantum boreae. Bractea. Vergili. lib. vi. aeneid. Ilice sic leni crepitabat bractea vento. ¶ Broteas proprium viri. Oui. v. Metamor. Hinc gemini fratres Broteasq; & caestibus Hammon.

¶ Carneades viri proprium. videbis in a ante d. Cleanthes. Persius Fruge Cleanthaea &c. ¶ Cleadas viri proprium. Sil. lib. vij. Gens Cadini Cleadas. de vnico hic gens dr. Clearchus vt Cleāthes & qcqd a cleos i. gloria deriuatur. vtrunq; est phi propriū. Chorea variat licet gręce per ei diph. scribat. Prop. li. ij. Pretin⁹ & nuda cho

Margin: Tereus. Aeneas. Aenead̨. Albunea. Andreas. Artocrea Baleares. Bareas. Bractea. Broteas. Carneades. Cleāthes. Cleadas Clearch⁹ Chorea.

reas imitabere sura. Vergi. vi. æneid. Pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicunt. Ouid. viij. Meta. Immemores nostri festas duxere choreas. ¶ Cyaneæ videbis in i ante a Cochlea. ¶ Idea teste Valla in acta apostolica, corripitur, licet Neotericorũ plærique produxerint, quibus nimisque libenter assentitur contra Vallam Calepinus, scribitur græce εἰδέα cum ei diphthõgo in prima syllaba, & e tenui siue breui in secunda syllaba. ¶ Leander siue Leandrus viri propriũ, sunt qui dicant variari propter auctoritatem Philelphi dicentis in. vi. hecatostícha decadis nonæ. Mox appula fores nec enim cessisse Leandro Gaudeat &c. Verum quia Philelphus in pluribus a veterũ institutis defecit, putamus hoc nomẽ tantũ pduci. Oui. ij. de arte. Sępe tua poteras Leandre carere puella, Tranabas animũ nosset vt illa tuum. Martia. Quũ peteret dulces audax Leandrus amores. ¶ Learchus Inous filius. Sta. iij. Theb. Semianimẽ heu lęto referẽs clamore Learchũ. ¶ Lea siue leæna. Ouid. iiij. Meta. Vt lea sæua sitim multa compescuit vnda. Verg. Torua leæna lupum sequitur. ¶ Malea. Laconiæ promontoriũ variatur, licet gręce per ei diphthongon scribatur. Luca. li. vi. Et ratibus longæ flexũ donare Maleæ. Idem lib. ix. Dorida tunc maleamque & apertã tęnaron vmbris. Papi. theb. lib. Arripit extemplo Maleæ de valle resurgẽs Notũ iter ad Thebas. ¶ Meleager vel grus, viri propriũ. Oui. viij. met. quis Meleagron haberet. ¶ Magalea oppidi nomẽ addunt nonnulli, mihi testimoniũ non occurrit. ¶ Nealces viri propriũ. Vergi. x. æne. Deijcit Atroniũ Salius, Saliũque Nealces. siqd fiat a neos. i. nouus corripiat, vt Neapolis, Nearchus. ¶ Neæra mulieris pprium Verg. Ipse Neærã Dũ fouet. ¶ Nemea vel nemee es. vrbs & sylua Ver. Et vastũ Nemeæ sub rupe leonẽ. Marti. Non Marathõ taurũ, Nemee frõdosa leonẽ. Mataratius putauit variari ppter hoc dictũ Lucani. Nemęi pectora monstri, sed fallitur, quia legendum est per quattuor syllabas, Nemeęi pectora monstri, nam possessiuũ in ęus excedit primitiuũ saltem vna syllaba, vt acta actæus, Creta cretæus sic Nemea nemęus. Ouid. ix. Meta. His elisa iacet moles Nemeęa lacertis. aliquãdo tñ synęresin patit. Sil. xiiij. Non frõdosis morguetia cãpis Abstinuit marte infido comitata Nemeęis. Itaque sp corripiemus licet videatur pduci (nisi mẽdosus sit liber) apud Senecã in Hercule Oethęo. vbi hoc est anapesticũ dimetrũ, Iuga Spartes Nemeęque sonet. puto legendũ Nemeę ę tetra syllabũ, ne in primitiuo etiam prima dicatur variari, quod nemo adhuc notauit. ¶ Oceanus maris deus & ipsum mare, lectum est in neutro oceanum. Est etiam viri proprium. Martia. Et quæreris si te suscitat Oceanus.

Idea. Leander. Learchus. Lea. Leæna. Malea. Meleager Nealces. Neærea. Nemea. Nemeæ.

Oceanus. ¶ Platea variat licet græce scribat per ei diphthongon. Hora. lib. ij. epist. Plures sunt plateæ nihil vt meditantibus obstet. Catul. ad Aurelium. Non dico, a populo nihil veremur, Istos qui in platea modo huc modo illuc. In re ptereunt sua occupati. Phal. sunt: pductionis non occurrit mihi testimoniũ aliud q̃ grãmaticorũ, significat autẽ viam latiorem & cætera. At platææ oppidi Bœotiæ propriũ cum æ diphthongo scribitur testibus Tortellio & Guarino, & dicit sine singulari numero Platææ. arum, vnde Platæenses populi. Papi. tertio. Theb. Vigiles arsisse Plataeas. Martia. lib. iiij. Et ferro Platea sub sonantem. Phal. est nõ de oppido Bœotiæ, sed Celtiberiæ loquitur, ideo sine diphthõgo scribat. ¶ Rhomphea licet græce per ei diphthongon scribatur, inuenitur corripi. Valerius Flaccus lib. vi. Aequaq; nec ferro breuio nec rhomphea ligno. Baptist. mant. Quam geris aduersas feriat romphea cohortes. Est gladij species. ¶ Rhea Saturni vxor. Papi. Achil. pri. Sic sub matre Rhea. Pro matre Auẽtini producitur. Verg. vij. æne. Collis Auentini sylua quem Rhea sacerdos Furtiuũ partu sub luminis edidit auras. ¶ Tegea vnde tegæus & tegeaticus. Papi. Non tegea, non ipsa deo vocat alite fœlix Cyllene. &c. oppidi nomẽ est. ¶ Theano. us, vt Clio. us, mulieris p̃priũ. Verg. x. æn. Quẽ nocte Theano. In lucẽ genitori Amyco dedit. ¶ Theanũ oppidi nomẽ in. i. epist. Horatij. Cras ferramẽta Theanũ Tollet fabri. ¶ Theatrũ, amphitheatrũ. Ver. Alta theatri &c. theatr.

Plateæ.

Platææ.

Platea.

Rhõphea

Rhea.

Tegea.

Theano.

Theanũ.

Ae ante a

Aeacus.

Ae ante a Aeacus Pelei pater, Achillis auus. vñ Aeacides est Peleus, vel Achilles, vel Pyrrhus &c. Aeas æãtis, Epiri fluuius, ponit in i ante u sperchius. ¶ Aea insula iuxta Phasin fluuiũ nomen est dissyllabũ, ideo male dixit Georgius Valla Placentinus Aeæa pro insula habet ae ante ae. q̃d verũ non est de primitiuo, sed bene de deriuatiuo æeus. vnde Circe dicit æea. Val. flaccus lib. sexto. Illinc iuratos in se trahit Aea Batarnas. Idem lib. qnto. Debitus æeis dux Thessalus appulit oris. ¶ Anapaea auis quædã. ¶ Astræa iustitia Astrei filia. ¶ Astipalæa vna cycladum. Aestypale. es, est in ea insula vrbs. ¶ Aulæa. orum, velamina picturis intexta. Horat. Si plausoris eges aulæa manentis & vsq; Sessuri &c. Alio nomine dicuntur peripetasmata & peristromata. ¶ Arthachæas propriũ viri cum ch aspirato in tertia teste Tortellio. ¶ Cæa insula in mari Aegæo a Cæo gigãte dicta, testis est Tortellius, vide œ ante u Coeus. Camelæa herba teste Guarino. ¶ Carthæa vrbis proprium. ¶ Cressæa regio Macedoniæ. ¶ Cyttæa vrbis nomen. ¶ Dicæa vrbis nomen. ¶ Dicæarchus iustus princeps, dicæo-

Aeas.

Aea.

Anapæa.

Astræa.

astypalæa.

Aulæa.

arthacæas.

Cæa.

Camelæa.

Carthæa.

Cressæa.

Cyttæa.

id est iustus, archos. id est princeps. est philosophi nomen. Dicæa, Dicæarchus.

¶ Dicæarchia vrbis nomen. Quidam tamen scripserunt cum ae diphthōgo in penultima dicarchea. Sido. Namq; Dicarcheæ translatus puluis arenæ. Dicæarchia. ¶ Elæa vrbs Lucaniæ quæ etiam hela dicebatur, hinc patrium nomē elæas, atis, vt Arpinas, Aquinas, vt Zeno et Parmenides Eleates fuerunt. Erythræa insula. Elæa. ¶ Galilæa Iudeæ regio. hinc galilæus. a. um. Galilæa. Gæa. id est terra, quæ etiam ge dicitur. vn de sine diphthongo. georgica & geometra teste Guarino & Tortellio, quibus non credo, vt in ae ante o videbis. Gæa. ¶ Hylæa cum y græco Scythiæ vrbs teste Tortellio. Hylæa. ¶ Iudæa. Luca. lib. ij. Capadoces mea signa timent & dedita sacris Incerti iudæa dei. Omnibonus inquit. Immo tu incertū deum colis insane poeta. Nam Iudæi vnum deū verum solumq; colebant. Iudæa. ¶ Lethæa mulieris propriū. Lethæa. ¶ Lilæa duarū vrbium nomen. Papi. Theba. vij. Coriciūq; nemus propellenteq; Lilæam. Lilæa. ¶ Mæander vel mæandrus Mæoniæ fluuius. Ouid. ix. Meta. Non secus ac liquidus phrygius Mæander in vndis. Est ita sinuosus flexibus, vt sæpe credatur ad fontem reuerti. hinc obliquitates omnes mæandros veteres appellarunt. Cicero in Pisonem. Scio quos tu mæandros quæsiuisti. Est etiam picturæ genus quod Festus neutro genere mæandrū declinat, a similitudine mæandri. Vergi. quam plurima circū Purpura mæandro duplici Melibœa cucurrit. Mæander etiam est Iudeæ mons. Mæander. Mæandrū

¶ Margæa fons. Maræa & Melitæa vrbes. Margæa. Maræa. Melibæa. ¶ Neæ. id est fullones, quia olim a veteribus græcis omnia fere opera e lana neæ dicebātur. hoc dicit Nestor. Neæ. ¶ Nysæa vrbis nomen. Nysæa ¶ Pæan Apollo & illius ac cuiusq; dei laus. Iuue. Parce precor Pæan, & tu depone sagittas. Verg. vi. ene. Vescentes lætūq; choro Pæana canentes. Nec habet vt inepti docuerunt in genitiuo pæantis. Pean. ¶ Phæax Corcyræ populus, regio ipsa Phæacia est, hinc phæacus. a. um, & phæacius. a. um. Iuuena. Satyr. xv. Tam vacui capitis populum Phæaca putauit. Propert. lib. tertio. Nec mea phæacas æquant pomaria syluas. Petrarcha primam syllabā indocte corripuit, ecloga. x. Phyax cum y græco corripitur. Oui. iiij. de ponto. Nec vincet Cyclops sæuum feritate Phyacem. Phæax. ¶ Petræa nymphæ nomen. Petræa. Pergæa Diana a Perga oppido. Pergæa. ¶ Platææ. vide e ante a. platea. Platææ. ¶ Propylæa id est vestibulum. Propylæa ¶ Scææ, Ilij quædam portæ fuerunt. Scææ.

Œ ante a. Alphesibœa, propriū mulieris, ab alpho. i. inuenio, quasi boue inueniēs. Eiusdem originis ex secunda parte bus. id est bos Alphesibœus, Melibœos, Melibœa etiam vrbis nomen œ ante a. alphesibœa. Melibœa.

Eriboea. Euboea. Stenobea. Dianoe. Hyreades Hõnoea. Gonorrhoea. Poeas. Phornoe. Phoronoea. Phoeas.

Eriboea propriũ mulieris, vt Sthenoboea. ¶ Euboea. vnde euboicus, a, um. ¶ Dianoea figura quedam, & mens siue intellectus. ¶ Hyroeades cum y greco propriũ viri. ¶ Homonoea propriũ mulieris interp̃tatur cõcordia. hoc videbis in o ante m. Addit Nestor quod p̃positum oportuit Gonorrhoea cum vnico n et duplicato rr. interp̃tatur semen fluens, nam gonos semẽ est, rhoe fluxus, gonos etiam filius, vnde Antigonus, Chrysogonus. ¶ Oeagrus pater Orphei, vnde oeagrius, a, um, vt oeagrius hemus. ¶ Poeas. antis, pater Philoctete, nec desinit in an vt quidã falso docuerunt. hinc Poeantius dicitur ipse Philoctetes. Ouidius. Pæne decem totis aluit Poeantius annis. ¶ Phoronoea. id est sapientia aut prudentia. ¶ Phloeas propriũ viri. vide o ante c. Ochus.

Ae ante e.

e Ante e corripit vt nemee. es. Non est autem bonum exemplũ leæna quod dat Nebrissensis, quia habet e ante æ diphthongõ, nec bonum exemplũ est Cetion, in quo peccauit alius quia producit e ante e, vt iamiam videbis.

Exceptio.

¶ Eetion Andromaches pater, qui apud Ciliciæ Thoebas imperauit, Ouid. iiij. fast. Rhoetęũq; capax Sigæaq; littora transit. Et Tenedo veteres Cetionis opes. Idem. xij. Meta. Eetioneas impleui sanguine Thebas. Male quidã excipiũt æęa & Nisæe, qa primũ habet diphthongõ, añ diphthongõ. si sit deriuatiuũ vt diximus. secundũ habet ae diphthõgon añ e. Vidi æetion impressum cũ ae diphthongo, sed vitiose (vt opinor) qa nec Tortellius, nec Nestor, nec Guarinus, nec Placẽtinus p̃cepit, & Calepinus in litera e ponit Eetion.

Ae ante e. Aeeta.

Ae ante e, Aeeta Colchorũ rex. dicitur quoq; Aeetes æ. pater fuit Medeæ, vñ ipa ęetias appellat̃. Dictio est Aeta trissyllaba, ut docet Geo. Valla, Medea Iasoni. Accipit hospitio iuuenes Aeeta Pelasgos. sed qa gręci interdũ diphthongõ añ vocalẽ corripiũt ideo (vt notauit diligẽtissimus grãmaticus Nicolaus Ferettus) priã in Aeta nõnunq; corripit, qđ rarissime imitabimur. Hypsiphile Iasoni, Nõ hæc Aesonides sed filia Phasis Aetæ. Aurea Phryxęæ terga reuulsit ouis. Multi (inter q̃s est Volscus epistolarũ Ouidianarũ enarrator) legũt per o Oete, sed male, vt ait Ferettus. Ego aũt longe aliter sentio, legendũ scilicet eẽ phasias patronomycũ a Phasis, pro Medea, & æetæ, dissyllabũ, non per suam naturã sed per synæresin, sic. Filia Phasias ęetę, nam hãc synęresin idem nomen alibi patit̃, vt apud eundem vij. Meta. Dissimilemq; animũ subijt pater ęeta reli-

ctus. Vergilii aut alius, in obitu Mecoenatis. Viscera disiecti mutauit arietis agni: Aeetias & succis omne perita suis. Aliter Ouidius. vij. Meta. Concipit interea validos Aetias ignes. sic in Valerio flacco, aeeta. aeetis. idis, & aeetius. a. um, vbi autem synæresis est, puto dictiones integre scribēdas vti alueus, alurearia, aureus &c. ¶ Nisææ cum i in prima vel Nesææ cū e in prima syllaba teste Nestore grō Nisçes nymphæ nomē. Verg. Nisææ Spioq; Thaliaq; Cymodoceq;. Nisææ.

e Ante i producitur, vt Deiopea, Deiphobe, Deiphobus, Deidamia, Deianira, Theia, Cybeleius, Phoebeius, Priameius, Perseius & similia possessiua, vbi diphthōgus soluitur, vt in elegeia, calliopeia. testimonia plurima citat Nestor, quæ vt inuentu facillima, omitto paucis contentus, ad alia quę ille non dixit properans. Ausonius in epigrāmatis. Vincas Cumanam tu quoq; Deiphoben. Propertii libro quarto. Territa vicinas Theia clamat aquas. Lucanī. In mediis Echineis aquis. Vergil. ij. Georg. Quid memorādum æque baccheia dona tulerunt. & . iij. æneid. O foelix vna ante alias priameia virgo. Persius in præfatione. Cantare credas Pegaseium melos. Scazon est. Ouidi. ix. Meta. Neq; adhuc Steneleius iras Soluerat Eurystheus. & lib. x. Hanc simul & legē rhodopeius accipit Orpheus. Ib. Cybeleius Atys. Ibidē. Megareius heros. Ibidem. Cynereius heros. Talia facile plurima inuenies. E ante i. Possessiua i eius.

Exceptio.

¶ Aeneis variatur. Papi. in fine. xij. Thebai. Viue precor, nec tu diuinam æneida tenta. Ouidi. in secundo trist. Et tamen ille tuæ foelix æneidos auctor, Contulit in Tyrios arma virumq; thoros. Idem in tertio de Ponto. Aeneidos vati grande tulisset opus. & in secundo Tristium. Sumpserit æneidem, genitrix vbi prima requiret: Aeneadū genitrix vnde sit alma Venus. ¶ Nereis variatur, nec poterit quisq; ad synæresin recurrere vt forsitan in ęneis & æneades faceret. Ouid. xi. Met. Sed memor admissi Nereida colligit orbā & li. xiij. Discedunt placidisq; natant Nereides vndis. Papinia. ix. Theb. Qualiter Isthmiaco nondū Nereida portu Leucothoen planxisse ferunt sed satis de pductione, in qua nemo dubitauit. Verg. v. ęnei. Nereidum phorciq; chorus. Papini. ix. Theb. Nereidum miserata choros. sic idem alibi sæpe Silii. lib. iij. Eluit omnis ab antris Nereidū chorus & sueto certamine nandi Candida perspicuo cōuertunt brachia ponto. Sido in burgo Nereidū chorus alme doce. vocatiuus est chorus. Claudia in præfatione. ij. libri, contra Eutropium, Aeneis. Nereis.

Sed vereor teneant ne te Tritones in alto Lasciuas doctum fallere Nereidas. Ouid. lib. pri. Meta. Nereides syluasq; tenent delphines & altis. Incursant ramis. Idem lib. xi. Nereis ingreditur consueta cubilia fluctu, & li. xiij. Metamor. Nerei te vereor tua fulmine saeuior ira est. haec eo diligentius collegi, vt manifesto confutarem quorundã opinionem, dicentiũ Martialem nereis praeter aliorũ morem, corripuisse in epigrãmate. xxvij. Lusit nereidum docil chorus Aequore toto. ¶ Neippe. es, mulieris nomen. Valerius flaccus lib. vi. In labentis equi tendentem frena Neippen. ¶ Pyreicus pistoris nomen. vide i ante r.

Neippe. Ae ante i.

Ae añ i. Barcei pplĩ no, vt Sabei, Derusei, Dersei, Chardaei, Chidnaei, Misphaei, Thamanaei. quae singulariter in aeus desinũt: licet quaedam singulariter raro inueniantur, sic Rhipaei, videbis haec in Tortellio. ¶ Caeyx cum y graeco, Halcyones maritus

Barcei. Caeyx. Oe ante i.

Oe añ i. Onomatopoeia, i. nõis fictio, vt balo, mugio, hinnio. ab onoma, atos, id est nomen & poeo. id est fingo. poeia fictio. Prosopopoeia. i. personae fictio. Prosopon personã dicimus,

Onomatopoeia. E ante o.

e Ante o corripitur. male itaq; dicit in libro Macabeorum Petrus Riga. Quem iam Cleopatrae laeserat intus amor.

Exceptio.

Deois. Deois. idis, nymphe nomẽ. Ausonius ad Theonẽ. Virgineas inter choreas Deoida raptã, Sustulit emersus stygijs fornacib⁹ horchus. Ouid. vi. Met. Aureus vt Danaen Asopida luserit ignis, Mnemosynẽ pastor, variusq; Deoida serpẽs. Ergo rectius corripit. ¶ Eos. i. aurora, vñ eous, pductis prima & secũda. i. oriens siue oriẽtalis, graece scribit per η quam lrãm in e longã vertimus, dicimusq; adiectiue eous. a. um. At heos cum aspiratiõe est lux & oriẽs, hinc hesperus & heous. i. oriẽtalis. vtrũq; est apud Proper. lib. ij. Siue illã hesperijs, siue illam ostendet heois, Vret et eoos, vret & hesperios. hinc liquet, haec non significatione differre sed quantitate. ¶ Ethneon oppidi nomen. vidi hic a quibusdam exceptum.

Eos eous. heos heous.

¶ Gedeon vnus iudicum Israel variatur. Sidonius in eucharistico. Inficiensq; dehinc non tacto vellere terram Firmasti Gedeon tubis inserte canoris. Baptista mãtuanus in secundo Marianae. Velleraq; & siccos magni Gedeonis imbres. nequirẽt hi duo magis aduersari. verum quum videam vtrumq; saepicule in proprijs praesertim, a veteribus deficere & inter christianos, vterq; magnus est neutrum refellendum putaui.

Ethneon. Gedeon.

¶ Lageos vitis genus,& hęrba quedã leporaria,à lagos.id est lepus. Verg.in.ij.Gæor.Et passo psythia vtilior,tenuisq; Lageos.

Ae ante o. Ae ante o, Aęcton viri propriũ. Ouid.lib. Metamor. Actæon. Ac velut absentẽ certatim Actæona clamant. Petrarcha vti in plu Aegæon. rimis,& hic errauit,dicens in lib.tertio epist.Aut indignantẽ Actæoni spectare Dianã. ¶ Aegæon gigas qui etiã Briareus,per trissyllabũ dicit.Sta.Audierat duros laxantẽ Aegęona nexus.Oui.Meta. Alcmæõ. ij.Aegæona suis immania terga lacertis. ¶ Alcmæon phi nomen Aeolus. ¶ Aeolus ventorũ rex. ¶ Aeola illius filia. ¶ Aelia regió. ¶ Ae Aelia. oliæ insulę.Verg.Aeoliã venit&c.Aeole namq; tibi&c. ¶ Aeon Aeon. gręcũ nos æuũ dicimus.¶ Aręos vel aręus,cẽtauri nom in.xij.Met. Aræus. ¶ Gæon.i.Nilus. ¶ Gæorgius nomẽ viri propriũ quod neoteri Gæon. corũ quidã variauerũt,q̃ recte,ipsi viderint,Ego producendũ tan Gęorgius tũmodo censeo.interpretat colonus,a gęa vel ge.i.terra & ergon.i. Gęorgica opus.eandem habent deriuationẽ Gæorgi populi quidã.gęorgica Gæorgi. quæ ad agriculturã pertinent.Gæorgia terræ opus.seu cultus. ¶ Gæ Gæorgia. omantia ex terra diuinatio. ¶ Gæometria scientia de terræ men Gæometria. suris Gęometra vel gæometres,terræ mensor.Gęographus qui de terræ ambitu scribit,vt Dionysius & Strabo.Tortellius & Guarinus gęometra volunt omnia hæc diphthongari,præter georgica & geometres, gęomãtia quia id secundũ nomen videtur corripi in iij.Saty.Iuuena.Grãmaticus,rhetor,geometres,pictor,Aliptes. horum opinionem refellit Gęographus. Nestor,quia hæc apud græcos sine dubio per æ diphthongon scribuntur,ergo etiam apud nos,quocirca in Iuuenale non debet legi geometres sed Gęometra,productis prima & secunda,correptis vero tertia & quarta.Gæorg.Valla placen.lib.xxxviij.cap.xi.dicit apud Iuuena.gæometres legi per synæresin,id quod apud Ouidiũ fieri in ęeta docuimus,itaq; cum æ diphthongo scribit gæometres contra Tortellium,nec tamen secundam dicit produci contra Nestorem.sic defendo Ausonium.Ad Vrsulum grammaticum,Vel quot iuncturas gæometrica forma fauorum.hæc synæresis parcissime admittenda est. ¶ Sidonium in valde multis errasse comperiet,quisquis opus nostrũ diligenter perlegerit,veluti etiam in hoc nomine gæometra in libro quarto epistolarum. Tractator gæometra musicusq;.Phal.est.vt apud eundem in laudibus Narbonis. Non huic quum gæometricas ad artes.

Mæotis. ¶ Męotis,idis.palus Seythica,cuius pisces Męotides vel męotici dicunt.Iuue.Sat.xv.Tale qd excusat Mæotide sæuior ira Aegyptus, sic alij oẽs pręter Ouidiũ semel tantũ in.iij.li.Trist.Longior anti-

quis visa meotis hyems. vbi diphthongō licenter corripit teste Nestore. Id nos raro faciamus, nec ad huius exēplū alia corripiamus. Forsitan Ouidio fuit alia causa corripiendi q̄ Nestor ait. ¶ Mæon proprium viri. ¶ Mæonia regio. Mæonides vel mæonius.i. Homerus. Persius Saty. vi. Mæonides qntus pauone ex Pythagoræo.

Mæon. Mæonia. Mæōides

¶ Phæocomes proprium centauri apud Ouidium. lib. xij. Meta. a phæan quod fuscum sicut quasi fuscā habens barbam. ¶ Palæologus apud Philelphū in prima decimæ, viri nomē. ¶ Pæon medicus & pes metricus. ¶ Pæonia herba & regio. Pæones populi cum æ dipthongo scribuntur, testibus Tortellio, Guarino, Nestore, licet nonnulli voluerint per œ scribi Pœon &c.

Pheocōes Palæologus. Pæon Pæonia.

Oe an̄ o. Bœotia regio, a Bœoto Neptuni filio appellata, auctore Nicocrate, vel boue Cadmi duce, vt ait Oui. lib. iij. Met. Mœnia fac condas Bœotiaq; illa vocato. Inepte igitur dixit Philelphus in. vij. quartæ. Temnes fines quantū sus ore Bœotia gestit. scribitur rectissime cum œ diphthongo in prima syllaba, licet vulgus Boetia scribat, & Nestor dicat œ habere in secunda syllaba, & Georgius Valla dicat transpositis syllabis Booetia dici, vt ceyx dicimus, graeci vero cyæx, testes mihi sunt doctissimi viri, Hermolaus Barbarus, Angelus Policianus, qui se ita inuenisse in vetustissimis codicibus scribit sic Raphael Regius et Calepinus cum multis alijs.

Oe ante o Bœotia.

¶ Bœorix Cimbrorū. id est flamingorū rex a Mario debellatus, non sine plurimo romanoꝝ sanguine. ¶ Homœosis, homœo teleutorus, homœopton, homœoptoptō nōia figurarū. ¶ Homœomeria. i. similitudo partiū de hoc dicā alibi. ¶ Oeos Attice ppl's.

Bœorix. Oeos.

Ante u producitur, vt spondeus pes metricus.

E ante u. Alpheus.

e Maleus ppriū viri. ut Alpheus ppriū fluuij. ab Alpho. i. īpetigo siue vitiligo, qa ei⁹ aqua dr̄ maculas toller̄. Oui. v. Met. Quo pperas Arethusa suis alpheus ab vndis &c. Est etiā viri ppriū, & tum scribit̄ cum æ diphthōgo vt quidā volūt, Baptista mantuanus. Quattuor alphæo Iudam Simona Iacobum.

Exceptio.

¶ Creusa Aeneæ vxor. Verg. subijt deserta Creusa. fuit Ascanij mater. ¶ Culeus coleus. ¶ Dorotheus viri propriū, a doron. id est donū & theos. id est deus, sic Dorothea. & transpositis partibus alia propria. Theodorus, Theodora. sic Timotheus & Theotimus sic Entheus. i. deo plen⁹, sic alia a Theos. i. deus, vt Leucothea, quasi alba dea, leucos albus est. hæc omnia inquā corripiūtur, contra indoctorum abusum. Sta. i Syl. Enthea lauro est, finis versus. Mātua

Creusa dorothe⁹

nus de præsidentia oratoris & poetæ. Habet enthea pectora vates. idem in agone diuæ Margaritæ, Doротheū, Theodorā, Agapen, quū milia nuper &c. Iuue. Lautorū pueros artem scindēs Theodori. Marti. lib. v. Miraris Theodore magna causa est. phal. est. Fortunatus. Et cum Timotheo viuere cura meo. Catulus vetus poeta, cuius opera non extant, is apud Gelliū ait. Aufugit mi animus credo, vt solet ad Theotimū. Ouid. iiij. Meta. Leucotheaq; deū cum matre Palęmona dixit. sic Dositheus & alia multa. ¶ Euneus propriū viri, & siquid a neos. i. nouus deriuaret. ¶ Euganeus. a. um, ab Euganeis mōtibus. Iuue. Euganea quantūuis mollior agna. Sic mľta alia possessiua, vt herculeus, caucaseus, tartareus, tenareus, cōcheus. ¶ Matteū cibus qdam. vnde matteolicus. i. gulosus. sed Merula legit cum y græco mattyū. vide Martialē si vis hanc rem plene intelligere. ¶ Orpheus trissyllabū pro Orpheus dissyllabo. Verg. in Culice tantū non Orpheus Hebrū Restantē tenuit ripis syluasq; canendo. sic Androgeus. ¶ Zebedeus variatur. Iuuēcus. Illi Zebedeum genitorē in puppe relinquūt. Bapt. mantuanus. Tertia de natis ubi Zebedee duobus Edidit.

Entheus. dorothe9 theodor9 timothe9. Euneus. Eugane9. Matteolicus. Matteū. Orpheus Zebede9.

Ae ante u habet regulā generalē. Omne ferme deriuatiuū in æus a græca dictione, per æ diphthongon scribit. vt ex Prisciano collegimus, & ex frequēti poetarū lectione animaduertimus, vt a Timo. id est honoro, æstimo, iudico, timæus proprium viri. a prolæmo. id est pugno, Ptolemæus propriū viri. Attici sine t polemo dicunt. ab acta. id est littus Actæus, ab Achaia, achæus, id est grȩcus. alij dicūt Achęum fuisse Xuthi filium. vnde dicta est Achaia. Achæi etiam dicuntur achaici & achiui. Actæus. id est littoralis, etiam est viri propriū. ¶ Agoras id est forū, hinc agoræus. id est nundinarius. Creta regio, Cretæus. Ida Idæus. Mitylene mitylenęus Thysbe thysbeus. ¶ Cyrenę cyrenęus. Phœbe & Phœbus phębęus. Plurimū fiūt eiusmodi possessiua a nōibus græcis in a vel in e, nec solū tñ ab his adeo ut nullā hic videā certā regulā, nam ý sibus obtēperasse poetas ex eo manifestū est, q nunc in æus per æ diphthongō, nunc in ius penultima correpta, in plurimis fecisse cōperiuntur, vt a Mausolus mausolęus, vnde Mausolęū sepulchrū. Iulus iulæus. Phryx phryxæus. Cleāthes cleanthęus. Orphęus orphæus. Pythagoras pythagorꝫus. Amyntas amynthęus. Atlas atlantæus. Cadmus cadmæus. Sillius in pri. Gens cadmæa super regno certamina mouit. Ibidem, Pygmalionæis quondam per cærula terris. A pygmalion. Contra ab Agamēnon, fit penultima breui agamemnonius, vt ibidem. Ante agamemnoniam gratissima regna

Ae ante u possessiua in æus & in ius. Acheus. Achaia. Acteus. Agoras. Mausoleum.

Mycenen. A Rhœtus rhœtæus. a Lagus lagæus. a Laomedon laomedõtæus, & si opus fuerit laomedõtius. ab Elisa elisæus. A Pelops pelopæus. a Dionysius dionysæus, a Thoas thoãtæus. a Gigas gigantæus. a Polydamas polydamãtæus. a Polycletus polícletæus. a Phlegeton phlegetõteus. sic alia innumera in Vergilio, Ouidio, Sillio, & alijs notaui. A Cyclops cyclopius penultia breui. Ab Elis eleus. A Maurus maurusius. Ab Acheron acherõtæus & acherusius. A Dædalus dędalius penultima breui, vel dedalæus per diphthongon. Horatius. Iule cęratis ope dędalæa. Sapphicũ est. Idem Ode vi. lib. secundi. Iam dædalæo ocyor Icaro. versus est alcaicus dactylicus. Sil. lib. xiiij. Dedaliam repetens pænã qui fraude nefanda. Ausonius. Dędalię pudet hanc latebras subijsse iuuẽcæ. Proper. lib. ij. Nec sic incolumẽ Minois Thesea vidit Dędaliũ lino quũ duce rexit iter. Colu. li. xi. Nec tibi dędaleæ querãtur munera dextræ. dicimus quoq; dædalus. a. um. Lucretius in pri. Tibi suauis dędala tellus Submittit flores, sic tam in latinis q̃ in græcis varia fiunt possessiua. vt a fagus faginus & faginæus. a populus populnus & populeus. A quercus quernus & querneus, quare non damnarẽ qui vtrũq; dixerit siculnus & ficulneus. Verg. Et nobis idem Alcimedõ duo pocula fecit Fagina &c. Ouid. Fast. Bis sua faginea tempora frõde tegit. Claudianus. Populeo suspirat populus ictu, sic cærulus & cęruleus. A cõcha concheus. Vergi. in Culice. Conchea bacca maris. Item a romulus romuleus & romulus. a. um. Verg. pri. æne. Nec Romula quondam, Vllo se tantũ tellus iactabit alumno. A Phaeton phaetontius & phaetontæus. Sil. lib. Nunq̃ phaetõtius amnis Sanguinea pontum turbasset decolor vnda. et lib. x. Obuersam spectãs ora ad phaetontia prolem. Sta. Theb. pri. Et phaeontęa mundũ squalere fauilla. Idem in tertio dicit, Inacha tecta. quũ frequentius legamus inachius. a. um. A Dodona dodonæus. a. um. & dodonius. Verg. li. tertio æneí. Ingens argentũ dodonæosq; lebetas. Claudianus in pri. de raptu Proserpinæ. Vnde datæ fruges populis & glande relicta, Cesserit inuẽtis dodonia quercus aristis. A Perseus persęus & perseius. sic multa alia formãtur. nam a Bacchus bacchęus, bacchęius & bacchicus dicitur. A Typhoeus typhoęus & typhoius. Verg. i. æneí. Nate patris summi qui tela typhoia temnis. ab Epicurus epicuręus & epicurius. Ouid. in priapæis. Vt credas epicurios citati. Phal. est. Sido in epital. Polemij. Ast epicuræos eliminat vndiq; virtus. ¶ A Nero neronęus & neronianus. Papi. i. syl. (fas sit cõponere magnis parua) neronæa nec qui modo lotus in vnda, Hac iterum sudare neget.

¶ A Maro quod Vergilij nomẽ est, maronæus & maronianus.

Dędalius. Dędaleus

Faginus. Fagineus.

Romulus la. lum. Phaetõti9 Phaetonteus.

Dodõeus Dodoni9

Typhoeus & typhoius.

Epicure9. Epicurius

Neronę9 Neronia.

dē in quarto syl. Tenues ignauo pollice chordas. Pulso, maroneiq; sedens in margine templi. Sumo animū & magni tumulis accāto magistri. i. (vt Domitius ait) ad tumulū Vergilij qui erat in Neapolitano & possidebaf a Sillio poeta. Idem in secundo syl. Ante annos culicis marōiani. Phal. est. Pegaseus & pegaseius a Pegasus. Catul. Ne si pegaseo ferar volatu. Phal. est. Prop. li. ij. Non si pegaseo verter in aera dorso, Nec tibi si Persei mouerit ala pedes. Seneca in Hecuba. Aetas pegaseo corripiet gradu. Asclep. est. Persius. Cātare credas pegaseū melos. Scazon est. Claudi. iij. de raptu Proserpinæ. Quæ talia viuo Ausa tonāte manus rupit ne typhoia ceruix Inarimen. ¶ A Boreas boræus. a. ū. Oui. in quarto Trist. Vita procul patria peragēda sub axe borço est. Ab Arethusa arethusius. A Gortyna gortynius penultīa breui in Sillio legi. A Meleager meleagręus. ab Euander euandrius. E quibus facile intelligimus nullā hic esse regulam, sed solam poetaꝝ obseruationē. Item a Cyllenæ cylleni9 & cyllenæus. Marcus Manilius lib. i. Tu princeps auctorq; sacri cyllenie tanti. Rufus in arato. Consurgēte freto cedit lyra cyllenæa:

Maronęus. Maronianus. Pegaseus. Pegaseius. Typhoi9. Boræus. Cyllenius Cyllenę9.

¶ A Parnassus parnassius & pnassęus. Idē in Arato. O mihi nota adyti iam numina parnassęi. spōdaicus est vt pcedens. Oui. v. Met. Templa tenebamus parnassia vidit euntes. Item Hercules facit herculeus vel herculi9 penultima correpta. vt Caucasus caucaseus. Bactra bactreus. Ixion ixioneus &c. Heracles vero heraclæus cum æ diphthongo, quod idem est cum herculeus. Iuue. Saty. i. Hæc ego non agitē sed quid magis heraclæas. Aut diomedęas. hic Mancinellus ait, herculæus quia Hercules latinū est. Heraclæus quia heracles græcum. hanc rationē Mancinelli esse admodū frigidā, ex dictis satis liquere putamus. Nunc pauca ordīe alphabetario subijciamus.

parnassę9. pnassius. Herculæ9 Heraclæ9

¶ Alceus viri propriū, vt quæ sequunt. Alphæus. Antæus. Aristæus. Ancęus, Ariæus, Astręus. sic astræa, Aridæus, Aræus, Atthęus, Asæus, Annęus quorundā cognomē. vt Annęus Seneca. Martia. lib. viij. Annæi faceret manus sereni. Pha. est. sic Terētianus, Annæus Seneca & Pomponius antesecūdus. Inuenimus Annius proprium viri penultima breui. Marti. lib. vij. Pro mensis habet Annius magistros. Phal. est. ¶ Bagæus, bæus, Barptolemæus, propria virorū. ¶ Ceræū oppidi nomē. Cnæus viri nomē. ¶ Daridæus propriū viri. Cætera iam nota sunt. a dicte dictæus. a dirce dircæus Dicæus. i. iustus. ¶ Emæus propria viri. Ennosigęus. i. Neptunus, quia terrā concutit. enno cōcutio, gæan, terrā. ¶ Hebæus propriū viri. ¶ Hebræus. i. iudæus. Hylęus cētauri nomē. Histięus viri propriū, Histięa oppidū. Hymenęus nuptiaꝝ deus. Hemerithęus febris

Annæus. Annius.

species. ¶ Idaeus propriũ & appellatiuũ, Iudaeus, Isaeus viri & fluuij nomen, Idumaeus quia ab Idume. ¶ Lilybaeum vrbs & promontoriũ. ¶ Lyceus mons. ledaeus quia a Leda. ¶ Lyaeus & lenaeus. id est Bacchus, a lenon. id est lacu. teste Seruio contra Donatum, qui a mentẽ leniẽdo deductũ voluit. siquidem (vt Seruius ait) graecum est, iam nomen graecũ non recipit latinam etymologiam.

Lenaeus.

Macabę⁹

¶ Maccabaeus cum duplici cc & ae diphthongo nomen barbarũ, quo vocati sunt illi viri fortissimi, apud sacras literas nominatissimi. hoc docet Calepinus. ¶ Manichęus haeretici nomẽ. Matthęus duplici tt apostoli nomẽ. Sedul. lib. i. Hoc Matthęus agens hominẽ generaliter implet. In hoc errauit Riga, vt videbis i. a ante t. Mausolęum dictũ est. ¶ Musaeus poeta insignis. Menechaeus cum ch aspirato viri propriũ, cuius Cicero meminit teste Tortellio. ¶ Nazaraeus quia deriuatiuũ nazara. ¶ Nisaeus locus inter Medos vbi equi nascunt pulcherrimi ¶ Nabathaeus a Napth. vñ regna nabathea.

Matthęus

Museus.

męcche⁹.

¶ Pangęus in singulari masculinũ, in plurali pangaea. orũ, neutrũ teste Nestore. ¶ Papaeus. id est Iuppiter apud Scythas. ¶ Padęus Phranaeus & multa possessiua, vt pheraeus phoebaeus. ¶ Piraeus cum i latino pprium viri. ¶ Pyraeus cum y gręco portus atheniensis. Pharisaeus. ¶ Plębaeus a plaebs & plura satis ex dictis nota. ¶ Pylaeus pprium viri. ¶ Pygmaeus nanus. ¶ Philippaeus a philippus, cuius rei testimoniũ in his libris occurret. ¶ Saducęus. ¶ Scarabaeus. ¶ Spaelęũ. Sigeũ haec fere post patebunt. ¶ Telonaeus Tortellius in masculino genere ponit, alij vo in neutro. Telonaeum est autem vectigal & publicanorũ mensa. A telos. i. tributum & vectigal. Trophaeum & quę iam patent thymbręus, Timęus, trochaeus. Item quod viri proprium est Tyrthaeus.

Papaeus.

Pyraeus.

Pylaeus.

Pygme⁹.

Oe ante u, Alphesiboeus, Melibęus, Euboeus, & quę cum eis a bus. i. bos deriuationem habent quia graece scribuntur per oi diphthongum. ¶ Coeus gigas cum oe diphthongo, testibus Tortellio, Guarino, Gęorgio Valla, sic Coea insula. Tortellius dicit etiã scribi p ae diphthongõ. Nestor negat oĩno vallã habere diphthongon. Oui. met. vi. Quocq modo audeatis genitã titanida Coeo Latonã pręferre mihi. Idẽ in epist. Cingit Aegeo nomĩe Coea mari.

oe ante u.

Coeus.

I antẽ a.

Niaethus.

I ante vocaleis. Et primum ante a.

Ante a corripitur, vt Niaethus fluuij proprium cũ i latino teste Tortellio sequẽte ae diphthõgo. Sũt tamẽ qui neaethus cum e in prima syllaba scribant & intelligen-

i.

tur omes regulæ tam de y tenui quod grȩcū dicunt q̄ de i latino vt Hyades, Media pro regione, & quecūq; apud grȩcos scribūtur per iota.id est i correptū. Inter quæ sunt omnia virorum propria in ias ex hebrȩis sumpta teste doctissimo grāmatico Aelio Antonio Nebrissensi, cui vtiq; credo. Ausonius ad omnipotentē deum. Helias & solido cum corpore præuius Enoch. hunc recte imitatus est diuinus poeta Bapt. Mantuanus. vt, Helias ardenti cœlum petijsse volatu. Sic Faustus quoq; elegantissimus elegiarū scriptor, ad Laurentium Carmelitā: Quibus Aelias olim Raptus ab ardēti solido cum corpore curru Indumenta dedit. Iuuencus. Zacharias vicibus cui templū cura tueri. Idem, Hic ab Arimathia nomē gestabat Ioseph. Idem corripuit Hieremias, vt Mātuanus Ezechias. sed Iuuēcus produxit Helias, vt Mantuanus in bucolicis, quæ illi adhuc adulescentulo effluxerāt, vt scribit. Huiusmodi nomina in ias Alexāder cum venerabili Beda dixit produci. Nec mirū quia hi non ex græcorū scriptura, non ex veterū poetarū scriptis, sed ex Prudentio, Sedulio Petro Riga, & ex aliorum poetarū Christianorū libris grāmaticā suam confirmauerūt, qui sæpe errauerūt, vt patebit perlegenti hos libros. Arator produxit Matthias, Ananias, Helias. Sidoni⁹ Apolinaris in eucharistico Helias produxit, Zacharias corripuit, Prudentius, Golias & similia produxit. Nos hæc omnia corripiamus quia per iota scribuntur, vt theologia, monarchia, symphonia, euphonia, orthographia, melodia, vt comœdia, gigantomachia, Astronomia, gæometria, symmetria, Agonia, Athanasia, ablepsia, Anastasia, Categoria, chirurgia, dysenteria, dysuria, Mania, melancholia, euphemia, phantasia, eucharistia, vt charistia, quod tamen Valla dixit produci. vsia, sophia, philosophia contra Priscianum in accentib⁹. sunt tamē qui illum librū negent esse Prisciani, vbi etiā Vrania male dicitur produci. Mancinellus in figuris fatetur se non obseruasse quantitates, quia non potuit semp vt pueri carmē ediscerent, id tamē veteres factitasse non comperio. Nos itaq; contra vulgi abusum hȩc omnia corripiamus, & quæcūq; eiusdem sunt deriuationis, & quȩcumq; non excipiemus, nisi contrariū veterum auctoritate probetur, nam ijs libenter cedimus, vt qui talia excepissemus si animaduertissemus. Nunc de nōnullis testimonia veterum afferam, nam de omnibus nec volo. nec si velim possum, quia nō omnia ingressa sunt poetarum libros. Lucret. lib. iij. Harmoniam graij quam dicunt q̄ faciat nos Viuere cū sensu. Sic homilia. id est sermocinatio, quod teste Nestore, cum i latino scribit in vtraq; syllaba. Martia. lib. vi. Hic pius antistes sophiæ sua dona ministret. Idē

Media.

Noīa hebrȩa in ias Helias.

Harmōia Homilia.

lib.i. Quũ tibi sit sophię par fama & cura deorũ. Verg. in Ciri. Florẽtis viridis sophiæ complectitur vmbras. Ibidem. Aeternũ sophiæ coniunctũ carmine nomen. Ausonii de ternario numero. Tres sophiæ partes tria punica bella trimestres. Anno℞ cœliq; vices. Afranius apud Gelli. lib. xiij. cap. viij. Vsus me genuit, mater peperit memoria; Sophiam vocant me graij, vos sapientiã. duo sunt iambici Sophiam Anapæstus primus pes secundi versus. Vacat igitur Petrus Riga, multorum errorũ pater, dicens in genesi. Construit ecclesiam vera sophia patris. cum hoc errauerunt Alexander & Petrarcha, cum multis alijs. Petrarcha quidem dicens li. ij. epist. ad conuiciatorem. Nacta sophiæ. versus finis est. Alexander. Christus vera sophia &c. Nicolaus Ferettus dicit apud græcos sophia produci, licet Martialis corripiat apud latinos, & Phocilides apud gręcos. Verum ego Feretto minime credo, nisi adducat aliquos poetas fide dignos, qui hoc nomen produxerunt; quũ etiam græce per iota scribatur. vt rectissime Nebrissensis docuit. Ita corripitur philosophia vt in hoc iambico trimetro. Hospes resiste & philosophiã Dorsenni lege. Seneca dicit hunc versum insculptũ fuisse Dorsenni poetæ comici monumento, vt refert Petrus Crinitus lib. pri. de poetis latinis cap. xij. Ouid. pri. Fast. Et prius antiquus dicebat agonia sermo. Idem secun. Fasto. Proxima cognati dixere charistia chari. sic galactia. phlebotomia a phlebs aut phleps. id est vena & tomo incido. Absit ergo vt cum Prisciano vel Mãcinello dicamus barbarismũ esse, siquis penultima breui philosophia dixerit aut Vrania, vnius nouem musarũ nomen, quæ vranie sępius appellatur, nam quod ex Vergilio in opusculis affertur, admodũ debile est, quũ ibi etiam secũda contra omniũ poetarũ vsum producatur, & contra primitiui naturã. Vrania poli motus scrutatur, & astra. Emendandus est hic locus librariorũ incuria olim deprauatus, sic inquã restituẽdus est. Vranieq; poli motus scrutatur & astra. Aut. Vranie cœli motus scrutat. & astra. Aut, Cœlorũ vranie motus scrutatur & astra. Id patet ex plurimis poetis. Claudian⁹ de consolatu Theodosij, Vranie redimita comas. Oui. v. Fast. Excipit Vranie fecere silẽtia cunctę. Idẽ v. Met. Excipit Vranie quecũq; est causa videndi. Papi. viij. Theb. Ipsa diu inspectis lethũ prædixerat astris Vranie, cupit ille tamẽ pugnasq; virosq;. Vranie est etiã Helena stella nautis suo incẽdio mortifera, ut docet Lactantius. Bap. Mantuanus in lib. iij. de cala. Vranie dulci septem discrimina cantu. dicitur ab vranos. i. cœlum. In opuscul. Vergilij plurima fuisse vitio librario℞ deprauata, cla℞ est ex Badianis enarratõibus, & hos libros perlegẽti clarius liquebit. Sunt

Petrus Riga.

Philosophia.

Phlebotomia.

Vrania. Vranie.

qui philosophia, theologia, & similia dicant pduci non ratione sed vsu, quia aures in his adhorrēt correptionē, pauia, papia, Astronomia, theologia, Matthias &c. hoc est collatrare canibus, corrudere asinis. nam quorū hæ sunt tam delicatę aures correptionē in his abhorrentes. Nimirū asinorū longo abusu iamolim deprauatæ, quibus obtēperare tam dedecet doctos, q̃ philomelā inepto cuculorū cuccuc oblectari. Hora. in arte. Vt gratas inter mensas symphonia discors. Idem. Interdū tamē & vocem comœdia tollit. Cur non sic euphonia, melodia, prosodia? Martia. hanc norunt vnam sæcula Naumachiā. Calepinus sępe dicit penultimā corripi, vbi producit & econtra. ideo nisi pbauerit nulla est illi fides adhibenda. Est tamē vbi i ante a pducitur, vt si græce per .η literā scribatur, quā in e longam sæpius vertimus, aut per ei diphthongū. Inter quę hæc notaui. Plura si qs ex pbatis auctoribus animaduerterī, his nostris adijciat non inuidebimus. ¶ Amphigenia vrbis nomen. Papi. iiij. Theb. Quos fertil' Amphigenia Planaq; misene mōtanaq; mittit Ithone.

¶ Aegialia vel ægialea. vel ęgile. es, mulieris pprium. Prisc. in peri hegesi. Cōiugis incestę per fraudes ægialię. ¶ Alexandria & alexādrea, pducitur verum q; teste Prisciano lib. i. Sunt qui dicant ea quæ gręce per ia & ea terminant, sub ia corripi, sub ea vero pduci, hi sentiunt contra Prisci. & Nestorē, ideo eis nihil credo, nisi correptionis testimonia ex veteribus pferant, Propertius. lib. iij. Noxea alexandrea dolis aptissima tellus, sed hic rectius adiectiuū est, per æ diphthongon scribendū alexādręa, nam vt ex dictis liquet, ab Alexāder alexādręus ita recte format, vt ab Meleager meleagręus, a Cadm9 cadmæus &c. Nōnulli hic Alexandrina legerūt. At alexandria siue alexādrea substantiuū est sine dubio in li. iiij. car. Hor. ode. xiiij. Portus Alexādria supplex. hic penul. pducitur. Vsus est Iambicus dimeter hypcatalecticus, habēs quattuor pedes & syllabā, portus spondæus est qa actūs pluralis. Ale. iambus. xandri. spōdęus qa trochę9 hic non recipit. a sup. iābus. plex syllaba supans. sensus est alexādria patefecit tibi Augusto portus & vacuā aulā. ¶ Anthiochia vel anthiochea teste Nestore. ¶ Alabia. i. innocētia sed rectius ablabea scribit, quia ei in e vtitur vt cythereia cytherea hoc ait Cale. aliqñ vertitur in i longū, vt elegeia elegia. ¶ Angaria teste Nebrissensi. ¶ Animoria. Theb. vi. apud Papi. Aut cyrrhā tauris animoriāq; supināt.

¶ Aristocratia. i. optimatū principatus pducitur, quia græce habet ei diphthongō, vt docuit Badius in libros Baptistæ de patiētia.

¶ Argia mulieris pprium. Pap. Theb. ij. Ornatus Argia gerit &c. Est quoq; fons & regio & semp pducatur. ¶ Alithyia cum yi diph-

NOTA
Symphonia.
Euphōia.
Calepin9
Amphigenia.
ægialia.
alexādria
Anthiochia.
Alabia.
Angaria.
Anioria.
Aristocratia.
Argia.
Alithya.

thongo in penul. scribit, legit in quinta septimæ apud Philelphū.

Astydāia ¶ Astydamia vt Hippodamia, nam ex scda parte eadē est origo. ¶ Augias ꝓpriū viri teste Tortellio. ¶ Anthias ꝓpriū viri apud Lippiū in Oppiano. ¶ Academia rectius corripit. vide A ante C.

Coronia. ¶ Coronia nomē oppidi a Coro centauro teste Lactātio. Sta. vij. Theb. Messe coroniā baccho glisanta colētes ¶ Glisas. antis, etiam oppidi nomē. ¶ Cyaneę. arū, cum y insulæ in ponto. hinc adiectiuum cyanęus. a. ū, vt Cyanei montes. Luca. li. ij. Cyaneas tellus emi

Cyaneæ. sit in ęquora cautes. frequēs est in Valerio Flacco. ¶ Cyane. es, etiā

Cyranæ cum y gręco nympha & fons, in quē illa conuersa dicitur, variatur.

Cyane. Oui. in. ij. de ponto. Quaqꝫ suis Cyanen miscet Anapus aqs. Idem lib. Meta. ix. Cognita cyane præstāti corpore nympha, sic legit Nestor licet nōnulli malint Cyaneæ tetrasyllabū, sic in cyane corriperet prima & secunda, in cyanee cyanees prima ꝓduceretur, & significat hoc nomen filiā Męādri, ex qua Miletus tulit Byblida cum Cauno huic sentētiæ inhærendū censeo. Nam cyane. v. Meta. & alibi semꝑ

Dia. corripit quantū sciam. ¶ Dia insula. Oui. in. i. de arte. Qua breuis

deidamia æquoreis Dia ferit aquis. ¶ Deidamia Pyrrhi mater. Papi. Achil.

Dulia. pri. Aeaciden furto iam nouerat vna latentē Deidamia virum.

Diana. ¶ Dulia teste Nebrissensi. i. seruitus hominis. ¶ Diana variat, aliqui inter græca reiiciunt. Macrob. in pri. Satur. Vult esse latinū. nobis quantitatē rite docuisse abunde est. Ouid. iij. Meta. Ira pharetratæ fertur satiata Dianæ. Hora. in car. sęculari. Phœbe syluarūqꝫ potens Diana. saphicū est. Ibidē. Quidecim Diana preces virorꝫ. sap. est. Idem alibi. Infernis neqꝫ em̄ tenebris Diana pudicū Liberat Hippolytū. Ver. Exercet Diana choros. Correptio ē longe frequētior

Deiopia. ¶ Deiopia sed frequētius dicim̄ Deiopea, nymphę nomē est apud Verg. i. æneí. ¶ Elegia nunqꝫ corripit contra Bernardū Veronen-

Elegia. sem interp̄tem Tibulli, pluresqꝫ. Nam apud Ouidiū male legunt (vt cōtra Tortelliū et Domitiū sentio cum Nestore) Flendus amor meus est elegia flebile carmen. vbi dicunt pænultimā corripi, productis contra omniū veterꝫ consuetudinē prima & secunda, quas vt peruersam saluēt opinionē dicunt variari, & alibi apud Ouidiū esse ꝓceleumaticū. Inter quas vultu petulās elegia vocat, vbi volūt prima ꝓducta, cæteras corripi. Verissime ꝓfecto aiunt modicū errorem in principio esse maximū in fine. siquidē pænultimā ꝓduci ex eo manifestū est, ꝙ græce per ei diphthongon scribit. Marti. lib. v. Differ opus, nec te facūdi scęna Catulli. Detineat cultis, aut elegia comis. sic ꝓducitur apud Ouid. Vbi ineptū est ad ꝓceleumaticū refugiū. Sta. i. syl. Quas inter vultu petulans elegia ꝓpinquat. Aliquā

do tamē(q̄d in alijs quoq; fit)ei diphthōgus resoluit̄ siue diuidit̄. sic legendū est apud Ouidiū. Flendus amor meus est elegeia flebile carmen. Idē alibi. Flebilis indignos elegeia solue capillos. ¶ Energia teste Tortellio, & est efficacia. ¶ Epiphania.i.apparitio, græce scribit̄ per ei diphthongū, vt Eusebia teste Goudano. Et elenchia.i.increpatio. Eumenia beniuolētia. ¶ Eugenia teste Nebrissensi, q̄a ex secunda parte eadem est deriuatio, cum amphigenia & iphigenia. | Energia. Epiphāia. Eusebia. Elenchia. Eumeni. Eugenia.

¶ Entelechia apud Philelphū in quarta quintæ. Entelechia etiam tum cōuenientia quędam. Gastrimargia penultima ꝓducta nimia ingluuies, vt apud Aristotelē in ethicis. Gastrimagus gulosus. hoc dicit Calepinus, & post eum Bebelius. ¶ Hermenia teste Nebrissensi & est interpretatio. hinc Peri hermenias, oratio est ex ꝓpositione peri quæ genitiuū habet, & significat de, & genitiuo hermenias hoc est de interpretatione. ¶ Hippodamia mulieris propriū. Ouidi. Venit vt in Phrygios Hyppodamia sinus. ¶ Hyperdulia q̄a cōponitur a dulia. ¶ Hyperia nympha. Valeri⁹ Flaccus lib.iiij. Fleuit Amimone, flerunt Messeides vndæ, Fleuit & effusis reuocans Hyperia lacertis. ¶ Homœomeria similitudo partiū. Lucre. lib.i. Nunc & Anaxagoræ scrutemur homœomeriam. | entelechia hermenia Perihermenias. Hippodamia. hypdulia. Hyperia. Homœomeria. Iasius.

¶ Iasius qui etiam Iasion dicitur a Cerere vehementer Iasion dilectus. Ouid.ij. Trist. In Venerem Anchises. In lunam Latmius heros In Cererē Iasius qui referatur erit. Idem.ix. Met. Queritur canescere mitem Iasiona Ceres, vbi mendose legebatur, teste Regio, Aesona flaua Ceres. ¶ Iapetus Titani filius. Oui.li.i. Met. Quā satus Iapeto nuptā fluuialib⁹ vndis &c. sic Iapetionides.i. Prometheus vel Deucalion, vt sit Iapetion pænulti. ꝓducta primitiuū. ¶ Iapetides aūt viri ꝓprium corri. Oui.v. Meta. Tu quoq; Iapetide non hos adhibendus ad vsus. ¶ Ilithyia cum yi diphthongo in pænultima est Dianæ nomen, quia parturiētibus preest, vel dicitur ab ilascomæ.i. placo vel ilasco.i. deos benignos facio. Non placet aūt q̄d Dominus ait in Ciryn, ab hyle.i. sylua & thea dea. hoc est syluarū dea, quia sic scriberetur hylithea cum y græco aspirato in principio vt hyle, & cum e in penul. vt leucothea, q̄d inauditū est. Oui.ix. Meta. Vocabis. Præpositā timidis parīētibus ilithyiā. versus est spōdaicus. Hor. in car. sęculari. Lenis ilithyia tuere matres. sap. est. quare non dubito mendā esse apud Verg. in Ciri. Perdere sęua p̄cor p̄ flumīa sacra ilithyię, ꝓ Dianæ. Opuscul̄ Vergilij admonui sępe nō facile fidē habēdā, q̄a plærūq; mēdosa sunt. ¶ Ironia teste Tortellio q̄a in prima & penultima cū ei diphthōgo scribit̄. ¶ Iphigenia mulieris ꝓpriū. Ouid.xij. Meta. Flentibus aū aram stetit Iphigenia ministris. | Iapetus. Iapetides. Ilithyia.

Laodamia. Langia. Lampia. Latria.

¶ Laodamia mulieris proprium, sic quicquid eiusdem deriuationis reperitur. Oui. Hæmonis hęmonio Laodamia viro. ¶ Langia fons. Papi. iiij. Theb. Hæc quoque secreta nutrit langia sub vmbra. ¶ Lampia vrbs Archadię, a candore pluuiarum dicta (vt ait Lactantius) nam lampon splendidum est: Idem in eodem. Candensque iugis lampia niuosis.

Idololatria.

¶ Latria. i. cultus. Bap. Mant. in lib. ter. Cala. Est fidei caput est veri latria tonantis: græce scribitur teste Nebrissensi cum ei diphthongo, hinc dictio pentasyllaba idololatra. id est idoli cultor, & hexasyllaba idololatria idolorum cultus, non idolatra nec idolatria, vt ineptum vulgus dicit, dicit hoc Valla in Matthęum. Calepinus vulgo interim concedit in qua re non habebit me riualem.

Ligia.

¶ Ligia & etiam Ligea mulieris proprium. Mart. lib. xij. Toto vertice quot gerit capillos, Annos si tot habet Ligia trima est. Phal. Est etiam nymphæ proprium.

Litania.

¶ Litania cum i in prima syllaba, melius quam letania. i. supplicatio cum ei diphthongo in penultima, teste Ioanne Castronio. litaneuo. id est supplico. hinc Litanus serui nomen in asinaria Plauti potius quam Libanus teste Ioanne Pio. ¶ Landrianus proprium viri apud Philelphum in. ij. vij.. Lęmargia teste Calepino ingluuies.

Lęmargia Lebadia.

¶ Lebadia vrbs Bœotię, Appollini sacra legitur, hoc nomen apud Gel. lib. xij. cap. v. Papi. vij. Theb. Et valles Lebadia tuas, quidam libri habent thebaida.

Mantia. Necromantia. Magia Marcyas. Melanthia. Mœchia. Nicia. nicomœdia. Ophias. Orithya. Pædia. pipheria. Peridia. Paphagi. Phlias. Plias.

¶ Mantia. id est diuinatio, cum ei diphthongo teste Tortel. hinc acromantia, pyromantia, gæomantia, hydromantia, sciomantia, necromantia, quam indocti nigromantiam dicunt, Est enim necromantia ex mortuorum cadaueribus diuinatio, necros. i. mortuus, necrosis mortificatio ¶ Magia. i. incantatio cum ei diphthongo similiter scribitur. / ¶ Marcyas proprium viri. Sidonius ad maiorianum. Marcyasque timet manum ac rudentem. Phal. est. ¶ Melanthia Deucalionis & Pyrrhæ filia. ¶ Mœchia teste Nestore. i. adulterium. ¶ Nicia vel Nicea vrbs & Nicomœdia vel Nicomedea testibus Priscano & Nestore. ¶ Ophias gigas. Claudi. lib. iij. de raptu Proserpinæ. Hæc arma minantis sustinet, hos onerat ramos exutus Ophias. ¶ Orithyia nymphæ nomen cum yi diphthongo in penultima. Ouidi. in vi. meta. Dilectaque diu caruit deus Orithyia. versus spondaicus est. ¶ Pædia græce scribitur cum ei diphthongo teste Nestore. est autem pędia eruditio institutioque in bonas artes & castigatio, teste Valla in epistolam pauli ad hebræos, vbi ait. disciplinam inepte dici castigationem. ¶ Peripheria. i. circumferentia, græce ei diphthongon habet. ¶ Peridia mulieris proprium. Verg. xij. æneí. Nomen Echionium matrisque genus peridiæ ¶ Paphagias viri proprium, apud Ouidium. in Ibin ¶ Phlias, proprium viri, in primo Valerij Flacci. ¶ Plias, adis, gręce scribitur cum ei diphthongo tamen

a latinis variatur, aliquando diphthõgus diuidit. At pductio est lõgefrequẽtissima. Verg. Arcturũ pliadesq; hyades, geminosq; triones. Oui. iiij. Fast. Pliades incipiẽt humeros releuare paternos. Ver. i. Geor. Pleiadesq; hyades claramq; Lycaonis arctõ. Oui. Fast. qnto Hinc sata Pleione cum cœlifero atlãte iungit (vt fama est) pleiadesq; parit. fuere septẽ Atlantis & Pleiones filiæ in stellas septẽ mutatæ. Pleias.

¶ Priamides priami filius aut nepos, contra primitiui naturã producitur. Vergil. priamidẽq; Helenũq; &c. Oui. Hanc tibi priamides mitto Ledæa salutẽ. priamides

¶ Phthia cum phth aspiratis in eadem syllaba vrbs Thessaliæ, nusq; legitur phithia cõtra Tortelliũ, nisi fallor. Seneca in Hecuba. Aptior Phthiæ meliorq; fœtu, Sapphicũ est. Catullus. Progenies Phthiæ clara superuehit. hinc phthius. a. ũ, & phthioticus. a. um, & phthiotis. idis. dicit quoq; pluraliter phthiæ. arũ. Dido Aeneæ. Non ego sum Phthijs magnisq; oriunda Micenis. Catullus. Deserit Scyros linquũt phthiotica tempe. Horat. lib. iiij. ode. vi. Phthius Achilles, Adonicũ est. Phthia.

¶ Polymnia non polyhymnia. vi dein liquescẽtia, ideo in epigrãmatis Vergilio legito per diæresin sine coniũctione que. Signat cuncta manu, loquit polymneia gestu. scribitur em̃ græce per ei dipthongon, vt diximus, & hic n liquescit, vt in ichneumon. Polymia.

¶ Rhetoria pro arte rhetorica eadem ratõe producitur. Rhetoria.

¶ Thalia vna musarũ & maris nympha. Mart. lib. ix. Frãge leuis calamos & scinde Thalia libellos. Thalia.

¶ Thyas. adis, cum yi diphthongo teste Feretto sacrificula Bacchi. Vergil. Thyias vbi audito stimulat trieterica Baccho. Thyais.

I ante e.

I ante e corripit vt Hieron. Exceptio.

¶ Pierus viri & montis nomen. vnde musæ dictæ sunt Pierides. Ouid. v. Meta. Pierus has genuit pellæis diues in aruis. Vergi. Pergite pierides. Pierus.

¶ Priene Biantis patria rectius corripitur, licet Sidonius variarit. hinc prienæus. a. um, Sido. in primo panægyrico. Prienæe bia quod plus tibi turba malorũ est. Idem in laudibus Narbonis. Et tu quem dederat Bias Priene. Phal. est, vbi priene primã corripit, & recte quidẽ, nam græci corripiũt, vt patet ex versibus quos Pius Baptista in Sidoniũ adducit, quos ipse latinitate donauit, e quibus vnus est, Turbã Bias genitus canit ampla Priene malorũ. hic Pius male corripit vltimã. in Priene, quod non ex ignorãtia sed ex inanimaduertẽtia accidisse opinor. declinatur namq; priene. es, vt Semele. es, Priscianus in perihegesi. Inter milettum currens latamq; Prienen. Tu primam semper corripito. Priene.

I ante i corripit vt dijambus. I añ o corripit vt Iole. I ante o.

Nomina in ion. ¶ Nomina in ion tertię declinatiōis ꝑducūt i ante o, vt Ixion, Orion, Arion, Echion, hypion, pandiō, amphiō, Ophion, œdipodiō, pro œdipus, vñ œdipodionides, iapetion ꝑ iapetus, vñ iapetionides. methiō, echiō & alia innūera. Nestor pl'ima affert testimonia, nos paucis contenti erimus, Sidonius in eucharistico. Nunc sarmata nunc Hilarion. versus finis est. Sta. iiij. Theb. Comit equos ac in Hilarion. Arion. de iugo luctatur Arion. equi nomē est. Vergi. in Damone. Orpheus in sylvis inter delphinas Arion. hic cytharœdi nomē est. Lippius male dixit lesbius ariō &c. Papi. li. iiij. Theb. Flet pr̄ & lacerū cōponit corpus echiō, Hor. Persid⁹ Ixion. Idē. Dictus & Amphiō, Vale. Prion. Flac. li. vi. Et geticū priona ferit. Nūs est Priō, regis Getici nomē.

Tolluntur ab hac exceptione hæc & fortassis plura, q̄ his adijcere fuerit cuiq; liberū. ¶ Asterion fluuij nomen apud Papi. Theb. iiij. ¶ Amphitryō cum y gręco in tertia syllaba hinc. amphitrioniades. i. Hercules. Auso. amphitrionidē puerū &c. ¶ Carmenion vide e ante n. ¶ Cercyon. onis. cum y gręco viri ꝓprium. Oui. vij. Meta. Cercyonis letū vidit cerealis Eleusis. ¶ Chromion videbis in cremētis. ¶ Dædalion viri ꝓpriū. Idē. lib. xi. Quū se dędalion saxo misisset ab alto. Deucalion. Dion viri nomen. Apuleius in prima orōne apologiæ. Qui insanū me animi reddis amice Dion. ¶ Eetion viri ꝓprium vide e ante e. ¶ Endimion viri ꝓprium, testimoniū occurrat in a ante m. in primis. ¶ Egion. ¶ Emathion. Vergi. ix. æneī. Emathiona Liger Chorineū sternit Asilas.

Asterion. Amphitryon. Cercyon Dedalion Dion. Eetio. Endymiō Emathiō. Eurityon Ethalion. Ion.

¶ Eurytion centauri nomen, qui etiā euritus dicitur testimoniū est vbi de o interiectione locuti sumus. ¶ Ethalion nauta tyrrhenus, in delphinū versus. Ouid. iij. Meta. E quibus Ethalion, te scilicet omnis in vno &c. ¶ Geryō qui etiā geryones, alibi patebit. ¶ Ion viri ꝓprium Sta. in Theb. Sternit Iona Chromis, ita ponit Nestor, video tamen apud Papi. impressum Sternit Hyrona chromis cum y græco aspirato. ¶ Iasion, vide i ante a. ¶ Melanchion viri proprium. Martia. lib. ix. Hoc tandē sita prurit in sepulchro Calua plotia cum Melanchione. Phal. sunt. Morion onis, videbis in o ante r.

Melāchiō Tongiliō Socratiō.

¶ Mimation in i ante m. video quosdam addidisse maschion.

¶ Oarion. id est orion videbis in o ante r. ¶ Oenopion videbis in œ diphthon. ante n. ¶ Porphirion gigantis nomē. ¶ Pygmalion viri ꝓprium in pri. æneī. ¶ Sicyon cum y græco in secunda syllaba vrbs & insula apud Oui. in Ibin. & Iu. Sat. iij. Tongiliō viri nom in. iij. Mar. ¶ Socratiō viri nom corripit a Catul. Philistiō uiri nom in. ij. Mar. Et q̄d scribēdū poti⁹ Masclio, nom viri in. v. Mar.

Sicyon.

Secunda exceptio.

¶Ariobarzanes. ¶Clio vna musarũ. Ouid. in pri. de arte. Non mihi sunt visæ Clio cliusq; sorores. ¶Diogenes philosophi nomẽ. Auso. in epigrãmatis, Diogenes obijt, non obijt sed abit. dicit Ioue genitus, quia dios Iuppiter est, genes genus, ideo contra naturam producitur ab Ausonio, quia dios teste Seruio corripit, vnde dius. dia. dium. id est diuinus. a um, pducitur, contra primitiui naturam. nos cum Ausonio primã in Diogenes audacter producem⁹. nec dius. a. um, vnq; corripiemus, & (vt sentio) ipm nomẽ dios interdum pducere poterimus, quia sub dio pducitur & significat sub cœlo, sub Ioue. ita dicit Asconius in orationes Cicerõis, nec dicim⁹ sub diuo quod est contra imperitũ vulgus. Vergil. xi. æneì. Italides quas ipa decus sibi dia Camilla Delegit. Persius. Quid dia poemata narrent. Lucre. lib. ij. Dux vitæ dia voluptas. Vergi. iij. Geor. Ne mihi tum mollis sub dio carpere somnos. Neu dorso libeat nemoris iacuisse p herbas. ¶Enyo. us, bellona. Papi: xi. Theb. Hoc ego Mars habeat vulgataq; iactet enyo. ¶Hermiona vrbs in mari ęgeo. Ver. in ciri. Hinc sinus hic statio cõtra patet Hermiona. ¶Herios videbis in a. añ n panos. ¶Iob sctissimi viri nomẽ, dissyllabũ est cõtra indoctos. Prudẽtius in psycomachia. Nã pximus Iob. Hęserat iuictæ bella int dura mgræ. ¶Ioniũ mare qd volũt ab Io dici. Oui. Iactari q̃s cernis in Ionio ĩmenso. at Ionia regio corripit, vt Iones & Ionos viri nomẽ, vñ Ionia dicta est. qdã maledixerũt pduci. Oui. vi. Fast. Nec Latiũ norat quẽ pbet Ionia diues. Luca. lib. vi. Primus thessalię rector telluris Ionos. In formã calidę pcussit pondera massę. Ionos silr ponit apd Claud. in li. ij. cõtra Eutropiũ. Hor. ode vi: li. iij. Motus doceri gaudet Ionicos. ꝟsus est dactylicus alcaicus. ¶I o. ius, Inachi filia a Ioue ĩ uaccã ꝟsa uariat, licet pductio sit freqntior. Oui. i. met. Cõstiterat quocũq; loco spectabat ad Io. Idẽ in epist. Hypmestrę ad Linũ. Quę tibi cã fugę ẽ: qd Io freta lõga perras. Nõ poteris vultus effugere ipa tuos. Inachi q pperas &c. Idẽ in Ibin. Etha lõ vt vita spoliauit isidius hospes. Quẽ mẽor a sacris nũc q̃q; pellit Io. Isidius possessiuũ ab Isis a primitiuo lõge discrepãs. Idẽ. ix. Meta. Isi paretoniũ mareoticaq; arua Pharõq; Quæ colis &c. io intiectio vl aduerbiũ sp corripit. Idẽ alibi, Dicite io Pęã, & io bis dicite pęan. ¶Spio nymphę nomẽ, pducit, teste Badio. Verg. v. ęne. Nisęe Spio q; thaliaq; Cymodoceq;. Sunt tñ qui habeãt nisæeq; spio q; &c. & videt polysyntheto pulcherrime conuenire. ¶Thiodamas proprium viri, apud Ouid. in Ibin, & apud Papinia. viij. Theb.

Clio. diogenes. Dios. Dius. a. ũ. Enyo. Hermiõa Herios. Iob. Ionium. Ionia. Iones. Ionos. Io. Spio. Thiodamas. Arius. Arrius.

I ante u corripit, vt Iulius, priameius. Exceptio.

¶Arius Scythiæ populus. Luca. lib. iij. Substringẽs Arimaspe co-

Arrius. mas hic fortis arius. At Arrius propriũ viri, & Arria ꝓprium mulieris gemino rr. corripitur. Catul. Chõmoda dicebat si quãdo cõmoda vellet Dicere & hinsidias Arrius insidias. Sic Arrius hęretici nomen, licet Valla in Matthæũ contradicere videaẗ. Sedulius. Hæc

Bacchius. est vera fides, hanc spreuit habere salutem Arrius infœlix. Arator lib. i. Fusa ruit Arrius aluo. Martia. lib. i. Casta suo gladiũ quũ tradc-

Agenius. ret Arria pęto. ¶ Agenius. i. imberbis teste Goudiano. ¶ Bacchi-

Brauiũ vł brabiũ us pes metricus, vide pedes. at viri ꝓprium corripiẗ, Horat. Sat. vij. lib. i. Compositus melius cum bitto bacchius in ius. ¶ Brauiũ vel brabiũ scribitur græce cum ei diphthongo ideo ꝓducitur auctore Valla in Matthæũ, & Nestore in vocali ante vocalẽ, & est premiũ

Chius. victoriæ. Brabenthæ sunt spectaculorũ iudices, qui victoribus in

Chios. certamine exhibent premiũ & coronas. ¶ Chius. a. um, possessiuum contra primtiui naturam productẽ. primitiuũ est Chios chij quæ est insula in mari ægæo, Catul. Consulis ex Chio soluite vin-

Darius. cla cado. Luca. lib. viij. Quas asine cautes, & quas Chios asperat vndas. ¶ Darius, Ouid. in Ibin. Vtq; necatorũ Darij fraude secundi. Claudi. in epist. ad Hadrianũ. Dariũ famulis manibus doluisse per emptũ. Fertur & ingenti solatus fata sepulchro. nomen est Persarũ regis. Seruarunt hanc quantitatẽ recte Baptista & Faustus. Baptista in consolatione super morte Collæ. Quid genus æneadũ, quid nigri regna Darij Lapsa canã. Faustus de Genuẽsibus victis. Sic bene facundo psuaserat ore Darius. Ergo hallucinaẗ Sidonius ad Fęlicẽ dicens. Et primũ Darij tumultuantes. Phal. est versus, in quem dicit: Baptista Pius, Italię decus. Darij. Omnis eruditorũ schola consono adstipulatu secunda intenta profert, quũ prima sit anceps, & bitemporanea, & ad nutũ carminatorũ, probat id Pius per Oui. & Claudianũ, dicitq; suppetere sexcenta ad hanc rem exempla, quę prudentem se pterire affirmat. Erraẗ similiter Sedulius. lib. i. dicens. Nec minus & Darij fuerũt iussa tyrãni. & Petrarcha ad Aeneã. Senẽsem lib. i. Aut Dariũ Tomyris &c. errãt quotquot Sidoniũ imitãtur.

Dius. ¶ Dius. a. ũ, vide i ante o Diogenes. Fit a deriuatiuo dijos per du-

Dryudę. plex ij, ideo ꝓducitur contra primitiuũ dios. i. Iuppiter. ¶ Dryudę teste Badio ꝓducitur sunt autẽ Gallorũ philosophi, scribitur cum y græco, quidã Druidę dicũt, alij dryudæ. ¶ Eugenius viri propriũ

Eugenius teste Nebrissensi qa habet eandẽ deriuationẽ cum Iphigenia, sic Eugenia, ideo errat Philelphus dicens in secũda qntæ. Proluerit meus Eugenius qđ territat vnq;. ¶ Graphiũ teste Nestore qa græce scri-

Graphiũ. bitur per ei diphthongõ. Latini tñ corripiũt, quia aliqñ scribitur per iota. Oui. Quid digitis opus est graphiũ lassare tenẽdo. & est stylus;

quo scribim⁹. graphiariū est graphiorū theca. Mart. in apo. Hęc tibi Gynęciū.
erūt armata suo graphiaria ferro. ¶ Gynæciū teste Nestore locus se
cretior in ædibus vbi solę mulieres cōuersant. ¶ Hormius fluuius Hormius
musis sacer. Papiñ. vij. Theb. Vos etiā nr̄is Heliconia turba venitis
Addite rebus opem, tuq; o Permesse canoris, Et fœlix Hormie va
dis armatis alumnos Bellorū resides. ¶ Lycius cum y græco in pri
ma syllaba.i. Appollo sic dictus a lyco.i.lupo, q̄a sicut lupi pecora Lycius.
rapiūt, ita sol humorē haurit radijs. vel a luce q̄a veteres græci pri
mā lucem añ solis ortū lycē vocabāt, & ea lux lycophos hodie dici
hæc & multo plura Macrob. li.i. Satur. Papi. Theb. x. Templa lycie
dabis & ditia dona sacratis Postibus, Nōnulli libri habent cum æ
diphthongo lycæe, sed mēdose (vt opinor) Lyceus nāq; mons est Lyceus.
Arcadiæ notissimus. At lycius.a.ū. pro gēte Lyciæ sine dubio corri
pitur. Verg. i. æne. Vnā quę Lycios fidūq; vehebat Orontē. pro A
polline semp̄ p̄ducitur. ¶ Lyciū vel lyceū cum y græco in prima, Lycium.
fuit Athenis Aristotelis schola, vt Platonis academia. fuit quoq; ly
cium Cicerōis gymnasiū de quo ipse ait. Inq; academia vmbrifera
nitidoq; lycio. Fuderunt claras fœcundi pectoris artes, male legi
tur lyæo. ¶ Orius viri p̄prium. Ouid. xij. Meta. Oppressitq; duos Orius.
Brotean & Orion, Orio mater erat mycale. hic orion accusatiuus Orithius.
est, & orio datiuus a noīatiuo orius. ¶ Orithius videbis in primis pādochiū
o antea. ¶ Pandochiū vniuersale hospitiū producit cum omibus
eiusdem deriuationis nominibus, q̄a docheion teste Nebrissensi scri
bitur græce per ei diphthōgon. Pan totū est, docheiū.i. receptaculū Xenodo-
sic Xenodochiū peregrinorū hospitiū, xenos.i. hospes & p̄egrinus chium.
Prochodochiū.i. medicorū receptaculū. p̄chos.i. medicus. plura ta Dochion
lia repies. ¶ Poliū.i. locus vbi aliq̄d vendit, vtimur in cōpositis pe Polium.
nul. p̄ducta teste Nebrissensi, q̄a gręce cū ei diphthongo scribit, vt Byblio-
Byliopoliū ubi libri vēdunt, Ichthyopoliū vbi pisces vēditant. Ich polium.
thys.i. piscis, cū i latino sequētibus ch & th aspiratis cū y græco. po Ichthio-
lo.i. vendo, sic œnopoliū, thermopoliū, pharmacopoliū, et similia polium.
¶ Prymnesiū cum y græco, funis nauticus teste eodem. ¶ Scaphi Prymne-
um teste Nestore, quia græce scribitur per ei diphthongon, aliquā sium.
do etiam per iota, & sic a latinis corripit. Martialis lib. xi. In scaphiū Scaphiū.
mœchæ Sardanapale tuæ. Iuue. Et ride positis scaphium quū sumi
tur armis. est matula, a similitudine scaphę dicta, de significatōe apd̄
alios plura leges. ¶ Sperchius cum ch aspirato Thessaliæ fluuius.
Ouid. pri. Meta. Populifer Sperchius & irrequietus Enipeus. Apida Sperchi⁹.
nusq; senex, lenisq; Amphrysus & Aeas. ¶ Trophium locus vbi
aliquid educatur. vtimur eo nomine in multis cōpositis penultima Trophiū

semp̃ longa, q̃a teste Aelio Nebrissensi, græce scribit̃ p̃ ei diphthõgon, quã in i longam vertimus, vt Ichthyotrophiũ apud Columellam legi pro piscina vbi educãtur pisces. Trophe est educatio. Brephotrophiũ est paruulorũ hospitium, vbi infantes exposititij aluntur, brephos infans est. Orphanotrophiũ locus vbi alũtur orphani eiusdem compositiõis plura leges, si vocabularios diligenter excusseris. ¶ Heliotropius videtur mihi produci apud Priscianũ in perihegesi. Hic lapis heliotropius qui nomie vero. Peristrophium dictis iungendum ammonui. Teloniũ teste Bebelio, sed Georgius Valla scribit cum æ diphthongo vt visum est.

orphanotrophiũ. Bebelius. Teloniũ. O añ vocalem.

O ante a corripit̃ vt oaxes, Exceptio.

Ioannes. ¶ Ioannes quia græce scribitur per omega, quæ litera perpetuũ producitur, & scribitur sine aspiratione. totũ hoc dicit Hermolaus Barbarus in. vi. Plinij cap̃. xxvi. vbi repræhendit Sidoniũ Apollinarem, qui corripuit, ostenditq́ꝫ Sidoniũ plærumq́ꝫ græce linguæ esse ignarum, versus Sidonij in eucharistico. Hic est qua nunc Helias, nunc te iubet ire Ioannes. vbi Baptista Pius ait. Ioannes non sat ad poeticũ examen, quippe scribẽtibus ita græcis ιωαννησ. nec obstat architreniũ similiter eo hemistichio pronũciasse, liber est non libra Ioannes. hæc Pius. Cum Sidonio errauerũt Sedulius, Arator Petrarcha, Philelphus. Mancinellus, Hymnographus, & plures. nõnulli vero variarunt, nos tantũ p̃ducamus, necꝫ errantiũ multitudo vitium excusat, licet ob id videatur honestius, nõnulli recte vsi sunt, Iuuencus. Dixit Ioannes cui talia reddit Iesus. Alibi tamẽ mutauit vocalem in consonantẽ dicens. Ipse est Ioannes fœlix venturus in æuum, Baptista in Catharinaria. Primus Ioannes humeros cui lucida vestit Pellis. Aelius Antoni⁹ Nebrissensis. Est mihi Ioannes pater, est Catarinaq́ꝫ mater. Faustus de Ioanne ganço. Duret Ioannes ceruo viuacior ip̃o. ¶ Oarion q̃uis alij dicant aorion, videbitur in o ante r. ¶ Siloa a christianis variatur. Arator. Ille iacebat iners cui proxima mota siloa, Sedulli. lib. iiij. Voce monentis Accepta domini, Siloam venisset ad vndam. ¶ Stoa. id est porticus, vnde stoici. Martianus Capella lib. ij. corripit stoasis.

Oarion. Siloa.

¶ Troas. adis. Vergil. At p̃cul in sola secretæ Troades acta.

Troas. O ante e.

O ante e corripitur vt Cloe, mulieris p̃prium. Martial. lib. iij. Tota te poteram Cloe carere. Phal. est.

Exceptio.

Aloeus. ¶ Aloeus gigantis nomen. Aloides aloei filius. quidam aspirant Lucañ. lib. vi. Impius hanc prolem superis immisit Aloeus. Boetia.

non recte dici probauimus. ¶ Noe ab Aratore variatur, secunda semper producta. Sedulius lib. pri. Nunc bonus Heliæ qui perfidus antea Noe. ¶ Tiphoeus satis patuit in synæresi & hypermetris. Troes, heroes & si qua talia sunt. cremento patent. Oetha montis nomen patebit in oe ante t. Noe. Typhoe.

O an̄ i corripit, vt Eubois euboicus, vide sebetus e an̄ b. Opois, Simois, pyrois, hoc vltimū cum y græco in prima scribitur, solis equus est, nec recte dicitur penultima longa in q̄ multi hallucinant. Oui. ij. Met. Interea volucres Pyrois, Eous & æthon Solis equi quartusq; Phlegron hinnitibus auras. Flāmiferis implent, pedibusq; repagula pulsant. Valeri. Flaccus lib. v. Et formidantē patrios pyroenta dolores. Columella lib. xi. Nec serius ardor. Sic micat aut rutilus Pyrois aut ore corusco Hesperus. hic est lapilli nomē a colore ignito dicti, nec potest hic legi pyrous secūda extenta. Notent obliq minois, trois, herois, & e lōgis deriuata, aliodes alois, typhois, minoius, troicus, herois, heroicus &c. Valerius lib. v. Non tibi aloidæ quibus hæc fera murmura iactes. O ante i. Pyrois.

Exceptio.

¶ Deois, vide e ante o. ¶ Lagois piscis nomē. Hora. Sat iij. lib. ij. Nec scarus aut poterit peregrina iuuare lagois. Est etiā auis cuius carnes leporinū gustū præ se ferūt. lagos. i. lepus. ¶ Oiclus viri nomē vn̄ Oiclides. Baptista in exhortatiōe contra infideles. Et sacer Oiclides &c. Sic inuenies apud Oui. in li. iij. de arte. ¶ Stoicus philosophorū quorundā appellatio, Stoicides vel Stoicida, est stoici emulator aut simulator potius. Persius. Mendose colligis inqt Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto. Iuue. Sat. ij. Fugerūt trepidi vera ac manifesta canentē Stoicidæ. ¶ Trolius Priami filius. Ver. i. æne. Parte alia fugiens amissis Troilus armis. ¶ Troia aliqn̄ fit trissyllabū prima semp pducta. Verg. ij. æne. Huc vndiq; troia gaza, sed hic adiectiuū. Seneca corripuit o in troia, nisi dicas spondæum esse pro dactylo, Ego neutrū puto extra tragœdias, & id qdem tam parce imitandum. id videbis in e ante t. methone. ¶ Zoilus homeromastyx & pinde quiuis doctorū rephensor. & aliorū virorū nomen. Martialis. Zoilus ægrotat, faciunt hanc stragula febrem. Deois. Lagois. Oiclus. Stoicus. Troilus. Troia. Zoilus.

O ante o corripitur, vt Laocoon.

O an̄ u corripit, vt Alcinous, pāthous, Antinous &c.

Exceptio.

¶ Achelous dei & fluuij nomen. Oui. ix. Meta. Dixit & vt vincas alios acheloe dracones. ¶ Pyrous cuiusdā herois nomen vt dicis achelous.

posessiua in ous. Cous. Latous. Nestor Pyrois aūt solis equus vt dictū est. ¶ Producūtur oīa possessiua in ous, vt a Latona latous, ab Argo argous, ab arctos arctous, a gela gelous. a myrtilus myrtous. Sic oia similia. Testimōia sunt inuentu facillima. Horatius. Lesboū refugit tendere barbiton. Asclepi est A co insula, cous. a. um, haec insula etiā coos appellata est priore breui. Oui. in arte Si Venerē cous nunq̄ pinxisset Apelles. Pro insula vero Papi. Hunc ipse Coo plaudēte philetas. Qui dicunt deriuatiuū cous variari carent (vt opinor) testimonio. Papi. i. syl. Latous vatē pater & Semeleius euhan. Latous. i. Apollo. Euhan id est Bacchus. Idem lib. i. Theb. Seruatorēq; parentū Latoū votis iterūq; iterūq; canamus. Inepte habent hoc loco nōnulli libri latoiden, plura testimonia si cupide desideres, legendus est Nestor.

V ante vocales corripitur semper.

Regula quinta de deriuatiuis.

D Eriuata patris seruabit dictio normam
Consona si patris maneat, docet istud aratrū:
Multa tamen tolles, post declarata vel ante.

¶ Syllaba tanta est in deriuatio, quāta fuit in ea primitiui parte vñ immediate deriuabatur, si consonans primitiui maneat in deriuatiuo. vt legi, praeteritum priorem producit, ergo etiam legeram, legisse, legissem, legerim, legero, quia a legi formantur, lego aūt priorem corripit, ergo etiam legebam, legam, legerem &c. Diligentissime discant pueri deriuationes verborum de quibus versiculi sunt. Praeteritū verbi de se dat tpa quaedā, Ram. ssem. rim. ro. sse. formabit caetera praesens. Item a supino formātur participia praeteriti temporis & futuri in rus, item nomia in tio & tura, & multa in us quartae declinationis & alia plura, quod diligenter cōsiderandū est propter natura, natio, natalis &c. Item supinū aratum producitur, ideo etiam quod ab illo fit, aratrū non positu tantū sed ipsā natura. Nestor dixit corripi. quia graece secunda correpta arotron dicitur, latini autem (vt vult Nestor) o breue in a breue verterūt, Nestorem ob hāc rem Sulpiti⁹ deridet dicēs. Vis aratrū Nestor non vis (quo dignus) aratrū, Esse arator qui vis verus arator eris. Et recte me hercule Sulpitius, quia aratrū a doctissimis semper pducitur, & ab aratum recte formatur. Eadem ratione pducuntur tantū, licet consonans mutetur. Inuolucrū, simulacrū, ambulacrū, lauacrum, ab inuolutum, simulatū, ambulatum, lauatū, testes mihi sunt Badius, Bebelius. Ferettus inter Italos magne auctoritatis grāmaticus & rhe-

Aratrū. Aratron. Inuolucrū. Simulacrum. Ambulacrū. Lauacrū.

tor. Nestor confirmat opinionē suam auctoritate Petri Rigæ, hominis quantitatū negligētissimi. Dicit aūt Riga in Aurora: Nostræ carnis humū crucis hoc aratro quasi signāt. Ego video hoc nomē etiā a Sidonio corripi, in laudibus Narbonis. Diuersas aratro vias cucurrit. Phal. est, hunc secutus est Petrarcha in. viij. aphrice dicens. Nunc aratrū antiquis insultet moenibus. omnes Vnus habet prædas hostis. quicqd est, opinor aratrū tantū produci, quia hi in multis errauerunt, vt sæpe ostendo in his libris. ¶ Dixi in regula vnde immediate deriuabatur, quæ namq; a præteritis formantur regulā præteritorū seruant, vt rupes a rupi. sedes a sedi. teste Badio. Quæ a præsenti sunt, præsentis quantitatē obtinent. vt sedile a sedeo, vocabulum a voco. At vocula, voculatio & vociferor, a vox voc. vt regina & regula a rex regis. legitimus a lex legis. Etymologiæ vel deriuationis diuinatio admodū difficil' est, ideo in primis inspicienda est rerum natura, posterius nanq; a priore deriuari necessum est, ideo sedeo a sedes deriuari volunt, non contra. ¶ Addidi si consonās primitiui maneat, alioqui ad speciales regulas currendū est. talia sunt binus, trinus, bimus, trimus, quadrimus, mobilis, fomes, iumentū, iunior, prælum a premo, quod (vt Ferettus ait) diphthongon vsu recepit. alij a præluo. is, deducunt. sæculum cum æ diphthongo a senex teste Varrone. Iucundus a iuuo. Iocundus non dicitur. idem est vbi in primitiuo est vocalis ante vocalē, aut vbi positus fuit in primitiuo, & desinit esse in deriuatiuo. Ideo a primitiuis recedūt ibo, qbo, numē, seriū a seorsum & risus vt volūt, titulus, qter, tigillū sigillū, ofella &c. ¶ Cęterę multa cōtra primitiuorę regulas aut pducūtur, aut corripiunt, quorę nōnulla iam dicta sunt. vt Primiades. Chius &c. plura declarabunt, vt tegula, vitupero, totus. feriæ, feralis, humor, iugerum, pętus. laterna, rex regis, lex legis, vox vocis, viginti, gradiuus, rapa, vena, sicelis, remus, cunę, serius, macеror, iapetides & multa alia cōtra primitiuorę naturā producuntur. Cōtra corripiūtur hæc quorę primitiua pducunt. dicax a dico, stabilis, sopor, nato, siquidē arista, lotiū, vitiū, lucerna, lituus, quia teste Festo fit a lite. Seruius tamen vult græcū esse. vasillum a vas vasis. Marbodeus in lapidario ad Neronem, teste Nestore. Quæ solis radijs in qua subiecta vasillo. multa alia postea leges.

Aratrū a Riga correptū & a Sidonio & petrar.

Regula sexta de compositione.

Simplicis obseruat mensuram compositiuum.
Quis diphthongus vel vocalis varietur.
Hanc legem spernunt dicus a dico, innubus atq;

Pronubus, ambitus, nihilū, cum semisopitus
Peierat a iuro, cum deierat, agnitus & cog.
Connubium varies, ab itum comitia dicas.

taq; qd' monuit, at sine aspiratione in principio, & cum y græco in tertia syllaba Eriphyle vxor Amphiarai corripit. Verg. lib. vi. His Phædram, pcumq; locis mœstamq; eriphylen. Iuue. Occurrēt multę tibi Belides atq; Eriphylę. ¶ Herios loci nomen. vide panos a ante n. ¶ Meriones is. viri nomen. Oui. xiij. met. Nec magis idomeneus patriaq; creatus eadē. Meriones peteret maioris frater atridæ. ¶ Neritos insula & mons, vide same a ante m. Neritū duorum oppidorū nomen est vt Nestor declarat. ¶ Neris is. mōtis argiui nomen, vt ait Callimachus. Papi. iiij. theb. Neris & ingenti turritę mole cleone. ¶ Nerio enis. vis martis. Gellius dicit a multis pduci, eos tamē qui probe locuti sunt corripuisse vt Nero, cū quo symbolū habet potest ergo corripi. ¶ Neritos (vt pluscula de hoc dicamus) pro monte Itachæ masculinū est apud Homerum teste Petro Marso in illud Sillij lib. ij. Haud tibi Neritia cernes cum prole laborē. i. saguntina prole, quia prope zacynthū insulā vnde oriundi sunt saguntini, est Neritos. hinc Neritius Vlysses. Nericie rates nō naricius aut naricię, nam Vlysses Neriton tenuit non naricia. notat hoc Bartholomęus Merula in primū Ouidij dę remedio. Quid tibi, pfuerunt Circe pseides herbę. Quū tibi Neritias abstulit aura rates, ne legas per a in prima naricia. ¶ Nereus sine diphthōgo in prima syllaba teste Tortellio deus maris. vide latius a ante r. hinc nereis, nerine &c. Mar. li. iiij. nympharū pariter nereidumq; domus. hic scd'a manifesto corripit. ¶ Serus. a. um. vnde serū extrema pars diei, & sero aduerbiū. Verg. iiij. æneī. Seraq; terrifici cecinerūt omina vates. Cice. in Arato videt corripuisse dicens. Occidit Andromache clarū caput & sera pistrix Labit, horribileis epulas funesta requirens. Ego puto mēdosum pro fera, nā hoc epitheton optime pistrici cōgruit, vt ex sequētibus facile ostenditur, & omnes pducunt serus. a. um. ideo nusq; dixero variari. sic produc serotinus. at serum pro aqua lactis corripit solum. Tibul. lib. ij. Raraq; pnexus est via facta sero. corripit quoq; solum sera ianuæ aut fenestræ &c. clausura. Mar. lib. x. Ferrea ppetua claustra tuere sera. nec apud Silliū vsq; pducit, quicquid dicat Nestor, quia legendū est apud Silliū. lib. xiij. Sera. i. tarda. sic. Obnixi torquent obices munimina sera. hoc est tarda nec pfutura. videto Silliū & intelliges multo rectius sera legi q̄ sere. ¶ Sera vrbs. serum producitur. videto ser eris. in crementis. Serra instrumentū dentatum positione producitur vt cerritus. ¶ Seranus viri proprium, cōtra primitiui naturam, quia a serendo dici testatur Bergomas. Silli. lib. vi. Seranus clarum nomen tua regule proles.

Herios. Meriōes. Neritos. Neris. Nerio. Naricius Nereus. Serus. Serum. Sera. Seranus.

¶ Serius. a. ũ m. i. grauis nõ ioeosus, hinc aduerbiũ serio & seria orũ, ũres seriæ. Mart. Parce precor socero seria forsan amat. ¶ Seria vas. Persius. O si sub rastro crepet argenti mihi seria dextro Hercu le. Idem. Seriolę veterẽ metuens deradere limũ. ¶ Tereus variaẽ vide e ante a primã exceptionẽ, rectius tamẽ pducit adeo, vt corri pere vix ausim. ¶ Theridamas cum th aspirato, viri & canis no men, quasi feras domans. a ther theros. i. fera, sic pducit quicqd hic deriuat. vt theron canis & viri nomẽ. Thero us. nympha. Thera quarundã vrbium nomẽ. Oui. iij. meta. Prima melanchętes in ter go vulnera fecit. Proxima Theridamas &c. Theron vide lęlaps æ ante l. Callimach⁹. Nomine calisto fuerat sed post mõ thera. Dicta fuit tellus vrbis origo meę. Claudianus in scd'o de laudibus stilico nis. Speluncas canibus thero rimaẽ iberas. ¶ Xeros. i. siccus, quo in cõpositis vtimur pducit, vt xerolophus siccus tumulus, nempe ex lapididibus vt principum virorũ, lophos tumulus est, xerolibya sicca Libya. Xerophagium siccorũ ciborum comestio. Xeropthal mia sicca lippitudo. quũ non fluunt oculi sed grauescũt. Xeria em plastra sicca sicut hygremplastra vocanẽ liquida emplastra. hinc etiam Xerampelinæ vestes. i. virides teste Nebrissensi. alij alia dicũt Videto interpretes Iuue. in illud sat. vi. Et xerãpelinas veteres dona uerit ipsi. ¶ Zerinthi⁹. Oui. i. trist. lñ leui vẽto zerĩthia littora nacta.

Serius.
Seria.
Tereus.
Theridamas.
Thero.
Theron.
Thera.
Xeros cũ suis.

Ae ante r. Aereus vt æs æris, hinc ærarius, & ęro as. vnde subęro, obęro, ęrosus, ęrificium, ęrusco, ęria insula, ęra, mone tę nota, ęra. i. lolium, vnde ęrineus. i. loliaceus. ¶ Aerugo inis. ru bigo in ære vel argento & viridescit. rubigo vero pprie est in fer ro & segetibus. alij hærugo dicunt ab hærendo, vt dictũ est in eru ca e ante r. ¶ Aerũna ab æro verbo græco. i. leuo & tollo. i. mi seria. hinc ærumnosi calamitosi, neq; fit ex e & rumen vt sompnia tores dicũt. ¶ Aerope tetrasyllabũ Atrei vxor, diphthongon nõ agnoscit teste Calepino. Oui. li. ij. trist. Si nõ aeropen frater scelerat⁹ amasset. Conuersos solis nõ legerem⁹ equos. ¶ Cæra ex veterũ cõsuetudine, nã latini teste Apuleio plærũq; solebant ita in æ diph thongon vtere. Græci cerion sine diphthongo fauũ vocant, sunt tamen qui velint latinũ esse a careo es. eo ꝙ mellis ꝓfusione careat Hinc multa deducunẽ, vt cæro as. incæro, cæratura, cæreus, cæro tum & cæratũ. cærofolium, cærosus, cærinus, Cærium, cæris, cæro ma, cærithe es. fœminei generis hærba cum th aspirato, habet cæ rę melle mistæ saporem. Verg. iiij. gęor. Trita melisphylla & cærin the ignobile gramen. ¶ Cæruleus & cærulus color qui glaucus

Aere⁹ & cętera ab æs.
Aerugo.
Aerũna.
Aerope.
Cæra cũ suis.
Cærithe.
Cærule⁹

Cærites. Cęrete is. Cęre.

cæsius, venet⁹ & thalassicus dicit̃ & cymatilis, nam cymata fluctus sunt. dictus quasi cæluleus aut a cæra, hinc cærula orum .i. maria. Oui. i. met. Cæruleum tritona vocat. sic cæteri. ¶ Cęretes lapill⁹. ¶ Cærete is. neutrũ, vrbis nomen q̃ agylla quoq; dicit̃, & cæres itis pænultima correpta. Verg. viij. ænei. Est ingens gelidũ lucus ꝓpe cæritis amnẽ. Dicit̃ etiã hoc cære is. Sil. viij. pu. lectos cære viros, hinc patriũ nomen cõmunis generis cæres etis, pænultima longa. Verg. lib. x. Qui cærete domo qui sunt minionis in aruis.

Cęremoniæ. Chæro cũ suis. Chære. Chærubulus. Chæropolum. Chærea Chęrusci Hæresis.

¶ Cæremonię a cære Hetruriæ oppido, teste Pompeio. ¶ Chæro id est gaudeo. chære .i. salue, vtrũq; cum ch aspirato, hic chęrubul⁹ viri ꝓpriũ in epidico plautina, quasi gaudens cõsulere. bule est cõsiliũ. ¶ Chæropolum hærba. Col. li. xi. Iam breue chæropolum. ¶ Chærea adulescens. Chærestratus, chæremon, chærippus, chęrephon sunt viroꝝ ꝓpria. Chærelia ꝓpriũ mulieris. Chæronia vrbis nomen. ¶ Chærusci populi ꝑ ch aspirato sequẽte æ diphthõgo teste Strabone, sed Lucanus corripit & Claudianus. hæc in q̃r⁊ tum Plinij Hermolaus. ¶ Hœresis. i. optio electio & secta. dictio est græca, ab hęreomę .i. opto vel eligo, nõ ab hęreo vt indoctisõ pniant, gtĩs est hæreseos Cice. in paradox. Cato in ea est hæresi q̃ nullũ sequit̃ florem orõnis .i. secta, ꝑ qua viam inepte dici opinamur, aspirari ostendit compositũ a phæresis & epaphæresis. Mar. lib. viij. detonsis epaphæresis capillis. phal. est. Baptista in Costide. hæresib⁹ varijs. idem. Hæresibus sacrã legem tritonia pallas. Propter hæc, & p̃sertim ꝓpter Martialis authoritatẽ non imitabor Prudentiũ hic, & in plusculis hallucinatũ, in psychomachia dicentem. Ruptis hæresis petit horrida mẽbris. Errant item Alexander & plures carpẽdi nõ imitãdi hic sũt. hæretic⁹, hæresiotes, hæresiarcha &c.

Hęreo cũ

¶ Hæreo hinc hæresco, hæsito, hærugo, hæruca teste Apuleio. vide Eruca e ante r, & hærba q̃ terræ fixa hæreat diphthongon retinet teste Gęorgio valla, quicq̃d dicat Tortelli⁹. hic hærbare. exhærbare, hærbesco &c. hærbisander. ¶ Hæres ædis, qui bonis defuncti adhęret, quia dñs fit, licet sint qui ab herus .i. dñs deducãt. hic hæredipeta &c. Hærediũ prediũ q̃d ex hæreditate ꝓuenit. Hæresi⁹ viri nomẽ, addunt quidã Hæremius etiã viri ꝓpriũ. ¶ Męreo teste Apuleio vt Nestor ait, quẽ sequit̃ Gęorgius Valla, ꝑ tristor, a marcendo si Varroni credim⁹, vnde primã diphthõgi vocalẽ assumpsit, hinc męror oris. męstus, męstitia, męstifico, męrare .i. merentẽ facere. Pacu. qui multis męrauit modis. Inuenim⁹ sine diphthõgo prima breui mereo, & mereor in alia significatiõe, vt in eclipticis dictũ est. ¶ Męra teste Tortellio cui in dictione murus suffragatur

Hærba. Hæres.

Męreo.

Męra.

Nestor, quarta Prœti filia ex Antia vxore, est quoq; aliarum proprium nomen. Papi. viij. theb. Quos mæra sacerdos Ediderat. Ouid. vij. meta. Et quos mæra nouo latratu terruit agros. hic est mulier in canem versa, Vnde aliquãdo canis nomẽ est, illic vero sacerdos veneris ¶ Plærique, plæreque, plæraque, vnde aduerbiũ plærũque, singulare p lerusque & simplex plærus, aut plæri in vsu nõ est. ¶ Quæro, quæror, quærito, sed deponens quæror sine diphthongo corripit. ¶ Quærinus viri proprium quidam addunt. ¶ Quercus, quernus quercerus, quercetũ & si quid hinc sit, diphthongon hře vult Calepinus. ¶ Sphæra aut spera. Manilius lib. i. Ingenti spæra totũ precingit olympũ. ideo Prudentiũ non imitabor dicentẽ in psycomachia. Cuius ad arbitriũ spera mobilis atque rotũda. græca dictio est, proinde ineptiunt qui a spacio dictam volunt hinc sphærocismus hemisperiũ, & plura. ¶ Serius nomen fluuij, at verbum spero latinum sine diphthongo producitur.

Plærique. Quæro. Quærcus. Sphæra. Særius.

Oe ante r, Chœrulus ineptissimi poetæ nomen.

Hora. lib. ij. epist. Gratus Alexandro regi magno fuit ille Chœrulus incultis qui versibus & male natis Retulit acceptos regale numisma philippos. peccat in hoc Petrarcha in. ij. lib. epist. ad conuiciatorẽ interpretat porculus, nã chœrus porcus est. ¶ Chœrades & chœrillus virorum propria. ¶ Mœris viri proprium. Verg. in buco. Quo te mœri pedes an quo via ducit in vrbem. ¶ Mœrichus & Merecles virorum propria. ¶ Mœreo ita multi scribunt, sed rectius per æ diphthõgon scribit mæreo vt dixi.

œ añ r. chœrulus. cherades chœrillus. Mœris. Merichus Merecles

E Ante s producitur, vt Ctesiphon viri proprium, in quo teste Hermolao Barbaro peccauit Sidonius Apollinaris in primo panegyrico dicens. Nec tessera castris In Ctesiphonta dat, totum hinc tibi cessimus axem. Idem de laudibus Narbonis. Causam seu Ctesiphontis actitaret. phal. est. ¶ Vesanus semper producit. apud Ouid. xiiij. met. mendose habet in multis libris vesana pro insana. Iesus huc nõ pertinet contra plures vt dixi. ¶ Mesana vrbs Siciliæ a latinis semper producit, quos sequemur, licet Thomas Pyndari interpres corripuit Mesene teste Nestore. Sil. lib. xiij. Incũbens mesana freto niuibusque reuulsa.

E añ S. Ctesiphõ

Mesana.

Exceptio.

¶ Mesembriaci. Oui. i. li. trist. Inde mesembriacus portus & opeson, & arces. Præter eat, a mesembria oppido dicit. ¶ Rhesina variatur. Mar. lib. iij. Veterno rhesinaque pigriores. phal. est. vbi iambus est primo loco more Catulliano, licet id rarissimũ sit apud Martialem. Idem in eodem Rhesina veneto nec resecare su

Mesembriaci.

to. Iu sat. viij. Nam quid rhesinata iuuentus. Mart. lib. iij. Rhesinata bibis vina falerna fugis. ꝑpter hæc nō assentior Apuleio qui teste Nestore vult rhæsina æ diphthongon habere. ¶ Sesostris ægypti rex Luca. li. x. Venit ad occasum mundiq; extrema sesostris. Ausonius oo geminauit dicens ad Pontiū. Et qui regnauit sine nomine mox sesoostris. ¶ Thesis. i. positio corripit, vt liquet ex compositis, antithesis, synthesis &c. ¶ Vesagus viri ꝓprium. Sil. lib. iiij. Demetit auersi vesagus tum colla iubacq; Suspensam portans galeam. ¶ Vesulus viri ꝓpriū. Idem lib. x. Tum Vesulum calido lapsantē in sanguine fratrū Ense metit rapido. Est etiā Liguriæ mōs Verg. x. ęnei. Actus aper multos Vesulus quē pinifer annos Defendit. ¶ Veseris teste Sulpitio. ¶ Veseuus variat. Sta. iiij. syl. Tibi nobile vulgus Crescit, & insani solat dāna Veseui. Verg. ij. geor. Talem diues arat Capua & vicina Veseuo Nola iugo. sic legit Nestor, dicens Nolam esse campaniæ oppidum. alij legunt ora. i. regio. Est autē Veseuus mons Cāpaniæ qui ꝑ syncopā Vesuius dicit appellat quoq; Vesuuius ꝑ quattuor syllabas. Sil. li xij. Mōstrant veseua iuga atq; in vertice summo Depasti flāmis scopuli. Idē alibi. Euomuit pastus ꝑ sęcula Vesuius ignes. sic Martial. Hic est pāpineis viridis modo vesuius vmbris. nomē habet a cōflagratione q̄ conflagratus est, nam Vesuiæ secundū veteres fauillæ sunt.

¶ Esau. Guaguinus corripuit, vt visum est in vocali añ vocalem.

Ae añ s Aesagius montis propriū teste Tortellio.

¶ Aestus, æstuo, æstas & si qd hinc deriuet. ¶ Aesac⁹ priami fili⁹ in mergum versus. ¶ Aesculus arbor ¶ Aesculapius solis filius. ¶ Aeschynes orator. ¶ Aeschylus poeta. ¶ Aeson Iasonis pr̄. ¶ Aesopus fabulator phrygius, æsepus vide e ante p. ¶ Aesar & æsarius fluuij nomē. Aestimo nō (vt impitiores dicūt) estimo. fit em̄ teste Nestore & Laurētio Valla ab æs & timao. i. appcio hic mutando diphthōgon in i longū cum prepositiōe ex, fit existimo.

¶ Aesis fluuij nomē, vn̄ vrbs quędā Vmbrię dicit æsis vel æsia, in colę vero æsinates. ¶ Aesquilię teste Gęorgio valla, sed rectius scribimus exqlię, qa teste Oui. ab excubijs dicunt, nā ait in fast. Adde ꝙ excubias vbi rex Roman⁹ agebat. Qui nūc exqlias noīe collis habet. mons est qui exqlin⁹ quoq; dicit. ¶ Aesyrm⁹ cū y græco teste Totellio, vrbs thrachię. ¶ Aesymnus cū y græco teste eodē, gręcorum pīceps ab Hectore interfect⁹. ¶ Aesthatocolicō. ¶ Blæsus titubās, q lr̄as ꝓferre neqt, a blaterare deriuari volūt. ¶ Cęsum supinū a cædo. hic cæs⁹, cæsio, cæsim aduerbiū ꝑ incisionē, cæsar & cęso onis, cęsoni⁹ & a cęsarea &c, cęsaries, cęsura, cęspes, cęspitare, ꝗ

Cæstus pugilum arma, a cædēdo hæc oĩa dicũtur. at cestus cingulum diphthõgon nõ agnoscit. ¶ Cæsȩna quoq͙ vrbs vocata est q͙ exiguo amne cæsa.i.diuisa sit, incolȩ cæsȩnates dicũtur. ¶ Cæstrum instrumẽtum quo cauatur ebur. at ꝑ telo quodã cestrum sine diphthõgo scribit. Cæsitum linteolum circũcisas oras habẽs. ¶ Cæsius color quasi cælius, hinc cæsulia oculos cæsios habens. ¶ Fræsus.a.um.i.fractus, vetus est, hinc fræsȩ fabe. ¶ Gæsa orũ, tela gallica q̃ nõnulli per c.cæsa dicũt, & a cædẽdo fieri putant. ¶ Hæsi, hæsum, hæsito satis patẽt ex hȩreo. ¶ Læstrygones teste Guarino, licet Calepi. inter nõ diphthõgata reiecerit. Guarino astipulãtur Tortellius & Nestor, populi fuerũt in extrẽo italiæ pessimi quos humana carne victitasse ꝓhibẽt, a læsteias.i.latrocinium. ¶ Mæsolus fluuius Indiæ vt docet Nestor in dictione mausolus. ¶ Mæstus, mæstitia, mæsto as. mæstifico. vide mæreo æ ante r. ¶ Pæstum oppidũ Lucaniæ. vñ pæstanus.a.um. ¶ Phæstus masculini generis, filius Bori, & mons siue ꝓmõtorium cretȩ. Phæstus feminini generis vrbs in monte phæsto. ¶ Quæso eclipticũ verbum, quæsiui quæsitum, quæstio, quæstor, quæstus id est lucrum. at quæstus.i.querela sine diphthõgo scribit. ¶ Apuleius teste Nestore addit thesaurus, versa s lr̃a in æ diphthõgon, id in eo nõie vix inuenio obseruari. Omisi in æ añ r Phærȩus Alexandri tyrãni cognomẽ, a phærȩa vrbe, q͞a phȩrȩus inuenio vbiq͙ primã corripe.

Cȩstrum | Cæsitum | Cæsius. | Fræsus. | Gæsa. | Lȩstrygones. | Mæsol⁹. | Mæstus. | Pæstum. | Phæstus. | Quæso. | Quæsiui | Phærȩus

Oe ante s, Crœsus rex Lydiȩ ditissim⁹ a Cyro victus ¶ Mœsia vrbis & quarũdam regionum nomẽ, mœstus, mœstitia, vide mœreo œ añ r. Rectius putam⁹ per æ diphthõgon scribi mæstus &c. ¶ Oestrus ab œstreo.i.insanio, quia volatile paruum est quod armẽta vexat, & in furorẽ ferme agit. alio nõie asilus & tabanus appellat, & aliquãdo in neutro genere œstrum teste Tortellio. Verg. Est lucus silari circa ilicibusq͙ virẽtem Plurim⁹ alburnũ volitans cui nomẽ asilo. Romanũ est. œstrum graij vertere vocantes Asp acerba sonãs quo tota exterrita syluis. Diffugiũt armẽta. Sta. ꝑ furore poetico sumit dicẽs. Tempus erit quũ laurigero tua fortior œstro Facta canã. & ꝑ furore diuinaculorum Iuuenalis cœpit dicens.sat.iiij. Planaticus œstro ꝑcussus bellona tuo diuinat. nõnũq͙ diphthõgus diuidit. Sta.ij.syl. docto pectora cõcitusq͙ œstro. phal. est. ¶ Oestros fluuius Pamphyleæ vt Mela docet. ¶ Oesypũ cum y græco teste Georgio Valla, vnguẽtum quoddã quo mulieres vtebãtur. Oui.li.i. de remedio. Pyxides inuenies & rerum mille colores. Et fluere in tepidos œsypa lapsa sinus Nestor male legit æsopa cum æ diphthõgo in prima syllaba & o in secũda, dixitq͙ signi

œ añ s. | Crœsus. | Mœsia. | Oestrus. | Taban⁹. | Oestros. | Oesypũ.

ficare monilia in quo penitus sompniasse videtur. de hoc nõ nihil Calepinus quẽ videre poteris.

E añ T — E ante T producitur, vt meta, metior, iris.

Exceptio.

Petalus. ¶ Corripe habentia p. vel v. ante e. vt peto, veto. Deme, Petalus viri ppriũ. Oui. v. meta. ¶ Pætalus irridẽs stygijs cane cætera dixit. Præter cũ suis diphthongo noscitur. Betulum ¶ Betulum oppidum hispaniæ. Vergi. vij. æneid. Quiq; rhipas Betulumq; tenent atq; arua celenę. Betulus hispanię fluuius. Betula arbor similiter pducitur teste Nestore. Cethegus. ¶ Cethegus pprium viri. vide a ante l talos. Cletabeni. ¶ Cletabeni populi. Priscia. in perihegesi. Atq; sabę post hos necnõ habitãt Cletabeni. Cetra. ¶ Cetra. i. scutũ dicit corripi Nestor. Creta. ¶ Creta scythici loci nomen. Vale. flac. lib. i. Deficiã scythicum metuens pontũq; cretamq;. Pro Iouis patria, vnde cretensis & creteus ppetuum pducitur Etiam. ¶ Etiam notũ est. Etheocles. ¶ Etheocles is. viri ppriũ. Papi. iij. theb. hæc senior multũq; nefas etheoclis aceruat. Ethemos ¶ Ethemon viri pprium. Oui. v. met. Instabat parte sinistra Chaonius molpheus, dextra nabathęus ethemon. Etesiæ. ¶ Etesię. arum. flatus aquilonij ante canis ortũ spirantes, dicti q singulis annis statuto tpe redeunt, etos annus est, etesias. i. annuus secundã pducit, quia p η scribitur a græcis. Seneca in thyeste. Aestas velliferis soluit Ethesijs asclepiadeũ est. Ethedus. ¶ Ethedus viri ppriũ apud Papi. li. x. theb. Ethos. ¶ Ethos. i. mos, vñ ethicus moralis. ethologus qui de moribus docet. At ethos p causa pducit, de qua re sic loquitur Baptista Pius i illũ versum Sidonij in epithalamio Polemij. Physica vel logico logicũ vel iũgit ad ethnos, si nõ ethos causam, sed morales significat, pperam positũ q prima breui pferatur ethos. Ethia lusit opusculũ Callimachus de causis. s. quẽ Seruius citat, maxio errore lapsuq; pudẽdo Domitij Calderini, q ethia trãsfert, eo Martialis carmine legas (ethia callimachi) ad mores syllaba refragãte. hæc Baptista pius. ab ethos tamẽ p more pænultia longa fit. cacoethes tetrasyllabũ non cacethos authore Politiano in miscellaneis capite. xl vi. Antonius Mancinellus dicit ethos pro more pduci, p cõsuetudine corripi in prima syllaba, vt videbis in vltimis syllabis in es. Nec defuerunt qui ethos p more æ diphthõgo scriberent æthos, ideo nõ iuste satis rephendi videtur Sidonius. Fretum. ¶ Fretũ. i. mare, ab aquarum fremitu dictum. Oui. in epist. Nota mihi freta sunt aphrum tangentia littus. Mendose legitur nota aphrum sunt freta mihi tãgentia littus. Tibul. Lucra petituros patentia per freta ventis. Mendose vulgo habetur. Lucra petituros per freta

patentia ventis. nam fretum semper corripitur.

¶ Geta vel getes. ę. gens truculentissima dicente Ouidio. Nulla Getis toto gens est truculẽtior orbe. Idem in Ibide. Inter sarmaticas inter geticasq; sagittas. mendose legit getas, quia ineptũ est getas sagittas. Verg. myuro vsus est dicens Mortẽ contẽnunt laudato vulnere getę. sextus pes iambus est. Iu. sat. iiij. Tanq; de geticis aliqd toruisq; sycambris. Mãcinellus legit getis, & dicit hic primã pduci qd nunq; imiteris. ¶ Heteros. i. alter vel aliter. hinc heteroclit⁹ & (vt Nestor declarat) Hetruria licet sine aspiratione quidã scribi voluerũt Etruria, & alij pessime cum diphthõgo ætruria. Propertius in. i. Sit mihi pcipue puluis hetrusca dolor. Ver. ij Geor. Sic fortis hetruria creuit. ¶ Meta pposítio græca. i. trans. hinc methodus, metaphora &c. Metros. i. mẽsura. vñ metrodor⁹, metreta, dimetrũ &c. Mart. li. v. Plurimus hispanas mittet mihi nauta metretas. at meter id est mater pducit, vnde metropolis, ortygometra &c. ¶ Metallum facile occurret testimoniũ. ¶ Metaurus vel um. fluuij nomẽ Hora. iiij. car. ode. iiij. Testis metaurum flumen & hasdrubal. versus est alcaicus dactylicus. Luca. lib. ij. In læuum cecidere latus veloxq; Metaurus Crustumiũq; rapax & iũctus sapis Isauro. ¶ Metiscus pprium viri. Sil. Iamq; hoscum rutulumq; pholum ingentemq; Metiscum. ¶ Methanœa penitentiæ dea. Auso. in epig. Nempe vt pœniteat sic methanœa vocor. ¶ Metyllus venefici nomen. Mart. lib. iiij. Iratum calicem mihi metylli. phal. est meterę populi. vide iazyx in fine libri primi. ¶ Metabus viri proprium. Sil. lib. iiij. Non illum Metabus non illum celsior Vfens Euasere tamen.

¶ Metellus viri proprium in. ij. Martialis & apud Vergilium &c.
¶ Metopon vide in o. ante p. ¶ Meto & metuo nota sunt.
¶ Metõ viri proprium. Rufus in arato. Sed primęna Meton exordia sumpsit ab arte. ¶ Methone cum th aspirato vrbis nomen. Valerius flaccus. li. i. Nelidesq; periclymenus quem parua methone. Seneca in Hecuba. An frequens riuis leuibus Methone: Quæ sub oethę latebrosa syluis. Misit infestos troiæ ruinis. Nõ semel arcus. sapphici sunt cum adonio. vbi oethæ trissyllabũ prima producta, & troiæ trissyllabum prima correpta.

¶ Retro aduerbiũ, vnde retrorsum &c. Oui. Acta retro naris &c. retro prepositio non est.

¶ Tetricus mons sabinorum asprimus. hinc tetricus. a. um. pro aspero, tristi, seuero. Martia. in apo. Ne mendica ferat barbati prãdia nudi Dormiat & tetrico cum cane pera rogat. Sil. lib. viij. A tetrica comitantur rupe cohortes.

Geta. Hetruria. Meta. Metros cũ suis. Metallũ & Metaur⁹. Metiscus. Methanœa. Metyllus Meterę. Metabus Meton. Methone. Retro. Tetricus.

Tetra cū suis. ¶ Tetra.i.quattuor. vnde tetrasyllabum. Tetradorō penultima lōga quattuor palmarū. doron.i.palmus. Hora. sat.iij. Habebat sæpe ductos Sæpe decem seruos modo reges atq; tetrarchas. Tetrinnio. ¶ Tetrinnire anatum est quū vocem edunt, si authori Philomelæ credimus dicēti. In fluuijsq; natans forte tetrinnit anas. ¶ Thetis cum Thetis. aspiratiōe in prima syllaba & i latio in secūda Achillis mater. Oui. xi. met. Iuppiter æquoreę thetidis cōnubia vitat. ¶ Tethys cū aspiratione in secūda syllaba sequēte y græco, vxor Oceani variat, sed rectius pducit, pductionē vide in vltimis. Mart. versu secūdo libri quinti. Cæsar & hinc triuiā pspicis indē. Tethyn. Verg. ecloga iiij. Quę tentare Tethyn ratibus quę cingere muris. Oppida q̄ iubeant. legit quoq; actūs tethyia apud Priscianū in perihegesi.

æ añt. Ae ante t Aetas per syncopam pro æuitas. hinc æternus, æterno as. Aethia. ¶ Aethia pro causa multi diphthōgo notant, vñ æthologia causæ redditio. Aetho cū suis. ¶ Aether & quicquid est ab ætho.i. ardeo, vt æthra mulieris ppriū & ætheris splēdor. Aether. æthiops Vulcani filius, & æthiopię populus, a cremato aspectu. Ops opos aspectus dicit. æthiops. ¶ Aethon solis equus, ætherius viri nomē scribit autē ætho cum th aspirato. Aetna. Aetna mōtis nomē, eiusdē est originis extrita aspiratione. teste Georgio Alexādrino in epistolā Sapphus vbi dicit: Arua phaon celebrat diuersa typhoidos ætnę. Aeteus. Aetites. Aethalia. ¶ Aethalia cum th aspirato & a in secūda syllaba, insula in mari Ligustico. Aetolia. ¶ Aetolia cum o in secunda syllaba sine aspiratione, vñ ætolus regio est cōtigua acarnaniæ. ¶ Aeta mōs thessaliæ vt ait Calepinus, sed melius scribit cum œ œtha vt dicem9. Cæteri. ¶ Cæteri, cæteræ cætera, in raro vsu est singulare cæter, cætera, cæterū qđ coniunctio etiam est. ¶ Cœtus vide in œ diphthongo ante t, cœtus. Dætor. ¶ Dætor oris. viri propriū. ponit hoc Tortellius, ex quo nō pauca sumpsimus. Frætus. ¶ Frætus.i. confisus, quidā a fruor deducunt, alij aliunde. Gætula. ¶ Gætula regio aphricæ. cuius incolæ gætuli dicūtur. Mar. lib. x. Ad maniū. Tecū ego vel sicci gætula mapalia Pœni, Et poteram scythicas hospes amare casas. Idē in quarto epigrāmate. Tradita gætulis nec cepit arena nocētes. ita legendum censet Sulpitius, licet vulgo habeat traducta est getulis, qđ Georgius Merula ita credit emendādum Traducta est geticis aut gyaris Quādo in vtrūq; locum relegarent nocētes, nam nimis licēter contra rationē gręcā & vsum latinorū primas syllabas poeta corripuisset, nulla metri necessitate coactus. Est tamē q corrigat tradita gætulis, quā correctionem nō improbam9, q̄q; vt vera sic frequēs lectio sit traducta nō tradita. hæc Georgius Merula: Nestori nulla correctio placet, &

dicit diphthongon corripi, vt in mæotis, & secundã vt in appulus contra primitiui naturã, nobis magis placet lectio Georgiana aut Sulpitiana, licet mendose quoq; apud Agretiũ citetur hic v'sus, vt ostendat significatio verbi defero quia sequit. Et delator habet qđ dabat exiliũ. Itaq; si mihi auscultes nunq; corripies primã aut secũdam in gætulus, hinc gætulicus tam ꝓprium q̃ appellatiuũ. Iu. sat. viij. Salue gætulice seu tu. ¶ Læt or aris. lætus & quicquid hinc fit vt lætamẽ, quia seges lętas facit. ¶ Pætus ꝓprium & appellatiuũ ꝓ eo qui oblique in altũ respicit, & qui oculos leuiter versat, vt lasciui, hinc Veneris oculi Pæti appellant. ¶ Ræte vel rætis, ræticulum, rætiaculum, rætia ę. irrętire &c. teste Apuleio vt docet Nestor nam Apuleij grãmaticã non vidi. ¶ Tæter a. um. i. malus, fœd⁹ insuauis. hinc tetrare verbum Nestor testis est a veteribus hanc vocem diphthongo annotatã fuisse, quos imitari opępreciũ est.

Lætus. Pætus. Ræte. Tæter.

Oe ante t Coetus. i. conuentus, cõgregatio, at ꝓ pisce cætus æ diphthongo annotat secundũ Apulei sententiã, teste Nestore, licet Gasparinus & Tortellius diphthongon habere negent, quia græce diphthõgon nõ agnoscit, pluraliter cæte dicim⁹. Auienus in arato. Distante andromedam prolixi tramite mũdi Perterret cætus, hoc est contra Seruiũ, quia putauit singularẽ nũm nõ inueniri. ¶ Cœten græci thalamũ vocãt, hinc procœtion antithalamũ dicunt teste Calepino. ¶ Fœtus fixum quartę, & adiectiuũ fœtus. a. um, fœto, fœtifico fœtuosus non fœtosus, fœtura. ¶ Fœteo fœtidus &c. ¶ Hœthyni cum th aspirato sequente y grę co, populi quidam teste Tortellio. ¶ Hœtychius teste eodẽ, viti ꝓprium, cum t exili sequente y græco & ch aspirato. ¶ Lœtum. i. mors, a luo teste Apuleio Priscianus credit latinũ esse ab antiquo verbo leo les let, quia mors oĩa delet, ideo sine diphthongo scribimus letum. Varro a lethe quod obliuionẽ dicit facit lethum sine diphthongo cum th aspirato, nec defuerunt qui cum ę lętum scriberent per antiphrasin qđ minime lętum sit, hinc lœtalis &c. ¶ Mœtius vir doctissim⁹ tẽpore Horatij, de quo in arte ait. Siquid tamen olim Scripseris in Mœti descendat iudicis aures. ¶ Oetha cum th aspirato thessalie mons. vnde Hercules œthęus dicitur, quia in illo mortuus est. Verg. in Ciri. Postera lux vbi lęta diẽ mortalibus almũ. Et gelido veniens mani quatiebat ab œtha. mẽdose legebat, & gelido veniẽte mane vt docet Badius, quia mane semꝑ ꝓducit, ergo mani legit iuxta dicta Seruij & Sergij. Interdum diuidit diphthongus, Vale. flac. lib. ij. Phasin & Oethen scythiciq; pericula ponti Redde ait. vide methonẽ e ante t.

œ añ t. Cœtus. Cœten. Fœtus. Hœthyni Hœtychius. Lœtum. Mœtius. Oetha.

¶ Oetosyros Apollo dicit. ¶ Oetus sine aspiratione Aolei filius pugnauit cum diis in Creta, vnde oetii campi. dicit hoc Tortellius Verg. in culice. Nam victus sedet immanis serpētibus oetos Deuictum moestus procul aspiciens ephialtē. male plaerisque in libris habetur othos. ¶ Proetus vir cuius filiae proetides dicuntur.

Oetosyrus. Oetus. Praetus. Rhoetus.

¶ Rhoetus mons troiae, hinc rhoeteus. a. um. ¶ Rhoeteus dissyllabū viri proprium in primo Valerii flacci.

E añ u.

e Ante u pducitur, vt leuinus, leuina. Mart. lib. vi. In Pompeiano dormis leuine theatro. male autē Petrarha in vi. aphricae. Illa sed asperior sententia visa leuini Optima. Sic leui, leuita, licet nōnulli haec puerse corripuerunt.

Exceptio.

Leuis. Seuerus.

¶ Breuis breuiare facile occurret testimoniū. ¶ Leuis non grauis leuitas, leuare, Verg. in buco. Ante leues ergo. ¶ Seuerus a sequēdo verum vt Seuerus iudex. Bebelius dicit inepte dici seuerus leo pro crudelis. Verg. amnēque seuerum. i. tristem ait Calepinus.

ae añ u. Laeuis.

Ae ante u Aeua vxor Adami ptoplasti. Aeuum aeuiternus graeci αἰὼν dicunt. ¶ Laeuis teste Calepino p plano non aspero. Persius. Trossulus exultat tibi per subsellia laeuis. sic laeuor, laeuigo &c. Sta. i. theb. Pars teretes laeuare manu ac disponere mēsas Nestor & Georgius valla negant haec diphthongon habere, quia leuo graece cū ei diphthōgo scribit, quā in e longā vertere cōsueuimus aut in i longā. ¶ Laeuus. a. um. i. sinister, hic laeua sinistra manus graece λαιὰ dicit, hinc laeuorsum. ¶ Naeuus corporis macula, hinc naeuosus, & Naeuolus viri pprium, & Naeueus, naeuia hoim ppria. ¶ Scaeuus cum sc. i. sinister, scaea sinistra manus graece dicit, hinc scaeuola viri cognomē & aliquādo nomen. ¶ Saeuus. a. um. idest durus, horridus, crudelis, hic saeuio is. & saeuitia es. saeuio is. &c. oe ante u non inueni.

Laeuus. Naeuus. Scaeuus. Saeuus.

Oe ante Z.

oe añ Z Troezen.

¶ Troezen enis. viri & vrbis nomen, cuius incolae troezeni dicunt, diphthōgon habere testis est Tortellius. Seneca in hecuba. An maris lati sinuosa troezen. sapphicum est, aliquando diphthongus diuiditur prima breui. Stat. Et quas vicina troezen Iungit opes, ita legit Hermannus torrentinus an recte nescio, quia non est mihi nūc Papinius.

I ante consonantes in primis syllabis.

Libya.

i Ante b corripit vt libya vel libye. Lucr. li. iii.

Continuo Libye dominis priuata superbis. ita lego licet vulgo ha beatur libya cōtinuo &c. Liburnū vehiculi genus contra Alexandrum vide a ante r baris. sic Liburni populi apud Hora. & alios. liber iberus vt ex crementis liquet, ideo errat Petrarcha in.ij. aphricę dicens. Littus ad iberū resonet fibra. teste Nestore. Libanꝰ mons Priscianus in Dionysio. Ast humilē libanus claudit portentus in ortum. Non sequar Seduliū lib. iiij. dicentem. Semper habens frōdes & tanq̄ libana cedrus. Tyberius viri ꝓprium in quo errat Lippius vt in prefatione ad Mecoenatē meum declaraui. Hora. iij. sat. lib. ij. Te tyberi nūerare, cauis abscōdere tristem Pertimui. vtrūs est. Liburnū. Liber. Libanus. Tyberiꝰ.

Exceptio.

¶ Fibula vn̄ vba refibulo, diffibulo. Ver. iiij. ęnei. Aurea purpure am, subnectit fibula veste. Mart. li. ix. Iam pedagogo liberatꝰ & cuius refibulauit turgidū faber penem. Scazon duplex. Papi. vi. theb. Torto chlamydem diffibulat auro. ¶ Hybernꝰ ab hyems satis patet hybris teste Nebrissen. ¶ Ibis. Iu. sat. xv. Pars hæc illa pauet saturam serpentibus ibim. ¶ Ibicus viri proprium. Hora. iij. car. ode. xv. Vxor pauperis ibici. versus est glyconicus. Ibo, scibo, scibam in crementis patent. ¶ Liber i. bacchus, & mobile vnde libero, liberaꝰ &c. Verg. Liber & alma ceres. Idē. libertas q̄ sera tn̄ &c. pro cortice & codice corripitur, Hora. Hic meret ęra liber. Fibula. Ibis. Ibicus. Liber.

¶ Libo as. Vergi. Oscula libauit. ¶ Libum, Idem. Et adorea liba per hærbam, sed Libo ꝓprium viri corripiꝰ apud Hora. epi st. xx. Libo.

¶ Libra licet Nestor quodam in loco velit corripi, hinc librare &c Lucre. lib. iiij. Et libella aliqua si ex parte claudicat hilum. Omia mēdose fieri & obstypa necessum est, quare nō imitabor hymnographum Paulinum Nolensem episcopum dicentē. Nardi maria pistici, Sumpsit librā mox optimi versus sunt dimetri iambici. Libra.

¶ Libethrus vel a. mons & fons magnesię musis sacer, vnde ipsę libethrides dicunꝰ cum th aspirato. Rufus in arato. Et deuota virum tegeret libethra peremptū. Verg. in buco. Nymphę noster amor libethrides. ¶ Phibæ teste goudano. ¶ Scribo vnde scriba ę. &c. Horat. Scribimus indocti. ¶ Scribonius & scribonia hominū ꝓpria. Propert. lib. iiij. Nec te dulce caput mater scribonia læsi. Libethrus. Scribonius.

¶ Scriblita placente species. Mart. lib. iij. Circulata diu mensis scriblita secundis. Verebat nimio sæua calore manus. ¶ Scibilis vt scibam & scibo. ¶ Sibulus vel um. sibilo. Verg. Veniētis sibulꝰ austri. ¶ Sibia. ¶ Tibia. Pap. vij. theb. Tibia cui teneros suetū ꝑducere manes. nequeo excusare Petrarcham in septima. aphricæ dicentē. Impleat hic ocreas femori tibiasq; pedesq; Armet, hinc tibicen. Scriblita. Tibia.

Tribulum li. & pro eodem tribula læ, vehiculi genus quo frumẽta in area terunt. Verg. i. Geor. Tribulaq; trahæq; & iniquo pondere rastri. hic neutrũ est. Varro E spicis in area excuti grana, qđ fit apđ alios iumentis iunctis, & tribula hic fœmineũ est. tribulus autẽ. i. spina corripi notũ est. Oui. x. met. Lolium tribuliq; fatigant Triticeas messes. ¶ Tybur oppidi nomen cũ y græco, vide catyllus a aũ t

Tyburs. hinc tyburs & tyburtinus & propria tyburtus. vij. æneí. Tyburna Murri vxor apđ Sill. li. ij. ¶ Vibius. i. duplicis vitæ, vt anser anasq;

Vibius. quia tam in terra q̃ in aqua viuit. Sta. iij. syl. Vibia cur magnos æquent animalia diuos? Vibius quoq; viri pprium est. Mart. lib. ix.

Vibidius Vibius hanc Marti p duce vouit auem. ¶ Vibidius viri nomẽ: Hora. sat. vlt. Sũmus ego & ppe me viscus thurinus & infra (si memini) varius cũ seruilio balatrone Vibidius q̃s mecœnas adduxerat vmbras. ¶ Viburnũ breuissimũ virgultum. Vergi. in buco.

Viburnũ Quantũ lenta solẽt inter viburna cupressi. ¶ Vibex patet in crementis. ¶ Gibbus positiõe pducit a nõnullis male exceptum.

Ante c corripitur, vt frico. Mart. lib. iiij. Hinc

I ante c i oleo corpusq; frico molliq; palestra. Stringo libens. male in plærisq; libris omittit priusq;, quia frico vbiq; corri

Frico. pitur, vti dicax, licet dico producatur.

Exceptio.

¶ Cliciades viri pprium. Oui. in ibin. Cliciadeq; modo drcũdat

Cliciades ignibus atris. Sed multi libri habent p t Clitiades. Aliqui tamẽ hic exceperunt. Cyce es. p y græcũ mulieris nomen. Hero ad Leandrũ

Cyce. Lucidaq; alcyone Cyceq; & alimone nata. Cicorea videt pduci in xi. Colu. quũ vere corripiat. Horat. li. i. car. ode. xxxi. Me cicoreæ leuesq; maluæ. versus alemanius dactylicus tetrameter.

Dico: ¶ Dico is. tertiæ. nam primæ corripit qđ indicant cõposita dedico, indico, prædico. ¶ Ficus, hinc ficulnus & ficedula. Mar. Res mira

Ficus. est ficus nõ habet vnus ager. ficedula videbit, in e ante d.

¶ Ficeliæ locus in vrbe quidã teste Calderino Martialẽ lib. vi. sic le-

Ficelias. gente. Incolis & veteres tu quoq; ficelias. Merula tamẽ ficedulas legit & in antiquo codice sic se repperisse dicit. ¶ Icarus Dædali fi-

Icarus: lius. Oui. i. fast. Icarus Icarias nomine fecit aquas. ¶ Icaria insula

Icaria. in mari Icario. Luca. Ipse per icariæ scopulos ephesumq; relinquẽs: ¶ Icarius mons atticæ & pater Penelopes. qui icariotus quoq; dicit, vnde ipsa icariotis idis dicit. Proper. Quæq; ferunt fastus Icariotidos. ¶ Icon iconcula, iconius, iconismus, iconiũ, authores sunt

Icon. Nestor & Sulpitius. ¶ Ico is. pcutio tantũ pducit, contra multos

Ico.

qui contradixeris afferat contra me veteris poetae testimoniũ. Lucre. lib. iij. Percussit corpus extra ꝓpellit & icit. In eodem. Nec radicitus est vita se tollit & icit, siqs dixerit licet is Caper fuerit icit hic ꝑteritum esse, nugas egerit, quia infinitũ icere manifesto ꝓducit a Catullo ad Gelliũ in vltimo epig. In sestũ tellis icere, musca caput. multos decepit grãmatistarũ puerilitas. ¶ Licium, vnde trilix, icis. testitulicijũ liciatoriũ. Luca. li. x. Vt mos est Pharijs miscẽdi licia telis. Licium.

¶ Licianus viri ꝓpriũ. Mar. li. i. epig. videbis altam Liciane bilbilim Iamb. tri. arch. Licianus.

¶ Licheus viri ꝓprium in. xiiij. Sil. Licheus.

¶ Lichen cũ ch aspirato vt ꝓcedens, morb⁹ qui a mento mentagra latine dicit᷑. Mart. lib. xi. Non vlcus acre pustulę vel lucentes Nec triste mentũ sordidi vel lichenes, scazontes sunt. Lichen.

¶ Lychas viri ꝓpriũ variat᷑ a Vergilio. vide camers a ante mat. ꝓ Herculis famulo in saxũ ꝟso semꝑ corripit᷑. Oui. ix. met. Ecce lycham trepidum cum y graeco & ch aspirato. Lichas.

¶ Mica frustillulũ e pane vel alia re decidens, & coenationis parvae nomẽ. Mart. li. ij. Mica vocor quid sim cernis coenatio parua. Idẽ li. vij. Nullaq; mica salis nec amari fellis in illis. Mica.

¶ Micypsa viri ꝓprium apud Faustũ de victis Genuensibus. Iam tribus exhalans natis Micypsa vocatis. Nescio an veterum authoritatem sequat᷑. Micypsa.

¶ Micylus cum y graeco in secũda ꝓpriũ viri. Ouid. xv. met. Micylus illius dijs acceptissimus aeui. Micylus.

¶ Nice. i. victoria. Nicao vinco, hinc Nicolaus quasi populi victor. Nicander, nicanor, nicophanes, nicomachus, nicostratus. nicostrata, niceros otis. Nicocrates & alia multa hoim ꝓpria, quae oĩa primã ꝓducunt, licet ꝟsificatores quidã magis ꝙ poetę id non obseruauerint, inter quos reperiet᷑ Riga. sic Nicopolis oppidi nomen, quasi victoriae vrbs, qđ nomen primã ꝓducit in Baptistae catharinaria, cuius est & hic versus. Nicomachi proles castellis erimanthidos vrsae. Philel. Nicolaum quintũ in decadibus suis semꝑ nicoleon appellat. quia nicolaus hexametrũ nequit adire. Iu. sat. iij. Et caeromatico fert niceteria collo. Est autem niceteriũ vel per e in secũda teste Mancinello niceteriũ victoriae premiũ. Nice cũ suis. Niceterium.

¶ Pica. Mar. in disticis. Pica loquax certa dominũ te voce saluto. Me si nõ videas esse negabis auem. Pica.

¶ Picus alia auis, & vir in eam auem (vt fabulant᷑) ꝟsus. Oui. xiiij. met. Picus in Ausõnijs proles saturnia terris Rex fuit. Picus.

¶ Picenum oppidum italię, hinc picens tis. & picentinus tam appellatiua ꝙ ꝓpria. Sil. lib. vi. Picenũ diues. Mart. Picentina Ceres niueo sic nectare crescit. Picenum.

¶ Phycus untis cum y graeco oppidum & ꝓmontoriũ. Luca. lib. ix. Impulit ac saeuas meritũ phycunta rapinas. Sparsit.

¶ Sica breuior gladius quẽ latrones baculo abscõdunt, hic sicarius Sica.

vnico c scribitur a Nebrissensi & Calepino, nec video qui contrarium præcipiat. dicit quasi seca a secādo, vt aliqui volunt, videbis in u ante b. subula, & o ante q alioqui. Hinc sicula diminutiuū apud

Siciliqu9 Catullum ad ianuam. ¶ Siciliquus mensura cōtinens scrupula sex volūt dici, q semiunciam secet. vide et o i ante p. Scripulus. Sycos id est ficus. vnde sycomorus, sycophanta. vide in medijs sycomorus, o ante r. ¶ Sicut, sicuti, sicubi, sicunde nota sunt. Claudi. in. iij. de raptu pserpinę. Desertosq; choros & sicubi sederat oli Perlegit.

Spica. Spicus um. ¶ Spica. Verg. in Moreto. Allia cum fractis spicis, dicit quoq; spic9 & qd' plurali caret spicum. Cice. in arato. Spicū illustre ferēs insigni corpore virgo, hinc spiceus. a. um. spicilegiū. spico as. & inspico & spiculum hasta in spicam speciē, & aculeus. Verg. iiij. Geor. Et spicula cęca relinquunt. de apibus loquit.

Sichæus. ¶ Sichæus, Didus maritus, variat, licet correptio sit lōge frequētior. Verg. Huic cōiunx Sichęus erat. Idem. ille Sichæū &c.

Sicilia. Sicelis. Siculus. ¶ Sicilia græci sicelia cū e in secunda etiam dicunt, hinc sicelis. Sappho ad phaonē. Quid mihi cū Lesbo sicelis esse volo. Verg. in buco. Sicelides musę &c. Hic Sicul9 a. um. qd' contra primitiui naturā corripit tantū. Idem. iij. ænei. Ore arethusa tuo siculis cōfundit vndis. Sicilia insula est q̄ alio nomie Sica

Sicania. Sicanus. nia & Thrinacria & triqueria dicit. Sed sicania vt sicanus a. um. primam & secundā variat (vt opinor) Verg. ænei. iij. Sicano ptenta sinu iacet insula contra. Plemmyriū vndosum. Sil. lib. xiiij. Sydera, dijsq; is aderat gens sicana votis. Idem in eodē. Astus miscebant tyrios leuitate sicana. Oui. xiiij. met. Sicania tribus hæc excurrit in æqra linguis.

Sicha. ¶ Sicha viri pprium cum ch aspirato. Sil. ix. At Sicha auxilium magno turbante dolore.

Siconius ¶ Siconius viri ppriū. Catul. Siconi arbitrio populi tua cana senectus. Spurcata impuris moribus interierat. vtrūs est. Quidā cc geminant.

Ticinus. ¶ Ticinus fluuij nomen. Sil. lib. i. dū Romano turæ ticine cadauera ripæ. sic cæteri, ideo apud eundem lib. vi. lego. Adde & ticini spumantes sanguine ripas, licet vulgo (vt opinor) mendose legat, adde etiā hanc opinionē nr̄am adiuuat vir vndecūq; doctissimus Baptista pius, carpensis illud Sidonij in. iij. paneg. Vltima iam claros quærit post dāna ticini. Cæteri (ait.) pma intenta pferunt, quāobrem nollem imitari Serenū dicentē. Allia pcepit ticini sententia necti. i. schola Papiensium, quia

Ticinum Ticinum in neutro genere a fluuio nomen oppidi est, quam Papiam nunc vocant. Errat semper Philel. forte per mendosam Silij lectionem deceptus, vt in. x. octauę. Quosq; pater ticin9 nitida per lucidus vnda. Serenus inter neotericos reijcitur ab d'co Nebrissensi licet inter hos sit vetustissimus, & in paucioribus defecerit a supio.

ribus, vt habemus ex Petro Crinito. ¶ Trica ę. vel trice es. vrbs Cretę. Sene. in hecu. Parua cortynę sterilisq; trice. sapphicus est. Est etiam Apulię oppidum, vt apina quę oppida cũ tanto ignominia euertit. Diomedes, vt in puerbia abierint. Nam quoties rem nulli⁹ pcij nominare volumus, tricas apinasq; vocamus. Mar. Sunt apinę tricęq; & siquid vilius istis. Tricę in eadẽ quantitate, sunt capilli aut res aliæ quibus gallinarũ pedes inuoluunt, hinc extrico, intrico verba. ¶ Tricies triceni. Mart. bis tibi triceni &c. sic tricesimus qđ trigesimus quoq; dicit. ¶ Vicus inde vicinus a. um. vicinia, vicinitas. Hora. Turba impia vici, vicies, vicesimus & vigesimus viceni. Ver. in ętna. Vicenos persæpe dies iacet obruta moles. Mar. li. i. Non plenũ modo vicies habebas. phal. est. Addere potes Bichus viri proprium apud Philel. in. x. vij.

Trica. Apina. Tricies. Triceni. Vicus. Vicinus.

I an D.

Ante d producitur, vt idus. Martia. lib. iij Lux tibi post idus numerat tertia Maias. Neotericorũ quidam male corripuit vt idolatra contra Sulpitiũ & plures, qa idololatra dicendũ est prima pducta, q aliter fecerũt carpant. Oui. vi. met. Aequa viro fuerat, lydas tamẽ illa p vrbes. &c. vulgo male habet lydias. idẽ alibi. Risit amatorẽ lyda puella suũ, sic cæteri, ergo puto emẽdandũ. Phidias statuarij nomen. Mar. li. ix. Lysippũ lego phidię putaui. phal. lib. x. quoq;. Phidiacę cuperet quã meruisse manus. sic cæteri, ideo nõ imitabor Ausoniũ, nisi forsan mendũ sit, dicentem in epig. Cuius opus Phidiæ, qui signũ palladis eius &c. Pridem pridie contra Sulpitiũ, vide i ante d postridie.

Phidias.

Exceptio.

¶ Cnidos vel us, phrygię oppidũ, hinc Cnidius a. um. Nestor per c scribit qa p g gnidos non scribit, sed pfert, vt Caius. Luca. lib. viij. Paruæ radit saxa Sami, spirat de littore Coo Aura fluens, Cnidon inde fugit clarãq; relinquit Sole rhodon magnosq; sinus telmesidos idæ. Compensat medio pelagi pamphilia puppi. ¶ Cydon cum y græco vrbs cretę, hinc cydon onis. aliquis illius vrbis, & cydonius. vt cydonia poma, & cydon canis. Stat. vij. theb. Credas e plebe cydonũ Parthorumq; fuga totidem exiluisse sagittas. Mart. in distichis. Si tibi cecropio saturata cydonia melle. Ponentur dicas hæc melimela licet. Sil. ij. Gesaq; latratorq; cydon tectumq; focisq;. ¶ Cydonias adis. contra primitiui naturã primã pducit & secundã corripit. Oui. in. i. de arte. Illum Gnosiades cydoniadesq; iuuencæ, ita legit Nebrissensis. ego vero opinor vitio librariorũq; omissum, & veram lectionẽ esse. Illum gnosiadesq; cydoniadesq; iuuencę, ita habent libri quos ego vidi.

Cnidos. Cydon. Cydonias.

Cydon. ¶ Cydon viri proprium variat. Sta.ix.theb. Et male dilectum miseræ cydona sorori. Idē.v.theb. Quid te flaue cydon &c. de quo Seruius in illud Vergi.x.æneī. Dum sequeris clytiū infœlix noua gaudia cydon, sic ait. Sane cydon proprium naturaliter producit. cōmune corripit. Stat. etiam in proprio corripuit, vt. Hęc regi permissa cydon. Quod fecit abutens licentia qua vtimur in noībus proprijs. hæc Seruius. vbi docet propriorum syllabas esse cōmunes, in qua re decipit vt in præfatione clare docui. Tu igit dic variari Cydon viri proprium.

Didyme. Didymus. ¶ Didyme es. cum y græco in secunda syllaba insula vna ex eolijs Oui. vij. met. At non olearos didymeque & Tenos & Andros.

¶ Didymi orum. etiā cum y græco in secunda sunt montes fœlicis Arabię. ¶ Didymus eadē scriptura viri proprium, interpretat geminus, hinc Apollo dictus, quod geminā speciem sui numinis proferat illuminādo formandoque lunam. Mar. lib. iij. Plus habuit didymus plus philomelus habet. Sedul. lib. v. Cui didymus cognomē erat. de Thoma loquit.

Dindymus. Dindymus cū y gręco in secūda montis nomē positione producit, plurale est dindyma orum. Oui. iiij. fast. Dindymon & cybeleus & amœnā frondibus Iden. Est quoque viri nomē. Mart. li. v. Velle tuum nolo dindyme nolle volo.

Didymaon. ¶ Didymaon cū y græco in secunda viri nomen. Verg. æneī. v. Et clypeū afferri iussit didymaonis artes. Clypeū artes appositio est.

Fides. ¶ Fides tertię & quintę declinatiōis in diuersis significatiōibus, etiam si propriū fuerit. Hora. Musa dedit fidibus &c. Verg. æneī. viij. Accipe daque fidē sic fidelis & perfidus, at verbū fido producit, sic infidus. fidiculæ corripito vt fides vnde descēdit, funiculi sunt quibus extorquet veritas

Fidius. sic fidicen, fidicina & fidius deus qui fidei preest, hinc mediusfidius iurandi aduerbiū, quasi ita medius (.i. deus, vnde dij plurale māsit in vsu) fidius iuuet, hæc declaratio magis mihi placet quam eorum qui dicunt fidius dici a filius, verso l in d vt sit dius fidius Iouis filius, gr dios Iuppiter est. Oui. vi. fast. Quærebā nonas sancto Fidioque referrem, hic sanctus etiā est cuiusdā dei nomē.

Fidelia. ¶ Fidelia ę. vasis nomē. Persius. Tumet alba fidelia vino.

Fidena. ¶ Fidena ę. vel fidenæ arū italiæ oppidū variat. Iu. sat. vi. Viuat fidenis & agello cedo paterno Verg. æneī. vi. Hic tibi nomentū & gabios vrbēque fidenam. Guido

Hydor. proprium viri variat a Fausto. ¶ Hydor cum y græco aqua est, variatur a græcis teste Nestore, hinc hydrops, hydra, hydria.

hydaspes ¶ Hydaspes fluuius Indiæ. Luca. vi. Qua rapidus ganges & qua nysæus hydaspes. similiter corripit. x. æneī. vbi est viri proprium.

Idem. ¶ Idem in neutro genere. vnde identidem. Catul. Qui sedens aduersus itentidem te. Sap. est.

Idus. Idus. i. viri proprium apud Siliū. lib. ij.

¶ Idume es. iudeę vrbs. vnde idumeus. a. um. Luca. li. iij. Gazaq; & arbusto palmarum diues idume. ¶ Ideo n oconiūctio facile occurret. ¶ Idoneus vide pcuro in. ij. li. ¶ Idasmen⁹ viri ppriū. vide melas e añ l. ¶ Midas. ę. vel mida, rex notissimus ob auriculas asininas. Sta. ij. syl. Viue Midę gazis. & lydo ditior auro. Claudi. in. iij. de stili conis laudibus. ditabat rutilo quicquid Mida tangeret auro apud eundē mendose leges Midæ & midam p nudæ nudam. — Idumei. Ideo. Idasmenus. Midas

¶ Quidē cōiunctio Oui. i. meta. Ille quidē obsequit sed te decor &c. ¶ Rhidiū. Mar. li. ij. Quum sint cura tibi simulent quæ cornua lunę In rhidio poteras Phœbe lauare pedes. rhidiū (vt inquit Domiti⁹) geometrie dimēsiōis vas, ab angusto fundo in oris latitudinē exiens. Idem ait posse legi imbricio. Merulæ neutrū placet, sed legendam credit rhytium cū y græco in principio, quod significat vas lunari specie vt ait. ¶ Sidicini populi cāpaniæ, apud quos est oppidum theanū. Sil. li. v. Nec sidicina cohors desit, viridasius armat Mille vires. ¶ Sidonius dicunt variari, ergo nec hoc nec sydon vsq; notaui corripi, vide crementū. ¶ Tridens, bidens, biduū p regulam generalē corripiunt, vt triduū. Mart. lib. ij. Si tot⁹ triduo tibi legat. phal. est. vulgo habet. Si totus tibi triduo legatur. ¶ Video Verg. ij. æneі. Quæ sit rebus fortuna videtis. ¶ Viduus a. um. vidulus & quicqd habet u ante i. teste Sulpitio. — Rhidium. Sidicini. Triduū. Video. Viduus.

I ante f cotripitur vt triformis, de simplicibus exempla non inuenio. — I ante f

Ante g breuis est, vt migro, contra Alexandrū M. Manlius. lib. iij. Sed tpe sedes Nascentū acciperent ppias, signisq; migrarent. Lucre. lib. ij. Inq; locum quādo remigrat fit blāda voluptas. Phrygi⁹ a. um. apd' Vergiliū & alios. — I añ g. Migro.

Exceptio.

¶ Digentia ę, riui ppriū. Hora. xix. epist. Me quoties reficit gelidus digentia riuus. Quē mandela bibit rugosus frigore pagus. ¶ Fligo verbū. vnde affligo, infligo &c. sic fligę arum. Claudi. Flectit & assuetū spolijs affligit egestas. ¶ Frigus frigeo, frigutio, frigero, refrigero, frigil, friguilla auis. sed rectius (vt Nestor ait) frigulla positione pducit. sic quoq; frigo is. pducit verbū tertię. Rufus in arato. Si matutino friguilla resultat ab ore. ¶ Gygas lacus Lydię hinc gygęus a. um. Prop. lib. iij. Omphale intantū formæ processit honorē Lydia gygęo tincta puella lacu. Etiā cum est viri ppriū pducitur. Verg. ix. æneі. Principio phalarim & succiso poplite Gygē Excipit. Producit quoq; p puero formoso. Hora. lib. ij. car. ode. v. — Digentia. Fligo. Frigus. Gygas.

Luna mari Cnidiusue gyges. versus est alcmanicus dactylicus tetrameter. At Gyges nomen immanissimi gigantis corripitur. Oui. iiij. fast. Quid grauius victore Gyge captiua tulisset. Et in trist. Centimanumq; gygen. Sta. ij. theb, Dirceumq; gygen scribit semp cũ y greco ¶ Pyga ę. cum y greco. Hora. sat. ij. lib. i. Ne nummi pereant aut pyga aut deniq; fama, hinc depygis adiectiuũ. Ibidem, Depygis, nasuta breui latere ac pede lõgo est. ¶ Pygargus capreæ syluestris species, aut (vt vult Plynius) aquilæ genus albicante cauda, nam pyga cum y græco cauda est, argos albus, nec dicit per d. pygardus: Iuue. sat. xi. Sumine cum magno lepus atq; aper & pygargus. versus est spondaicus. ¶ Phrygium lignũ aridum vt vult Badius. ¶ Phrygia viri ꝓpriũ apud Oui. in ibin. ¶ Sigęum troię ꝓmontoriũ & vrbs, hic sigęus a. um. Luca. lib. ix. Sigęasq; petit formę mirator arenas. ¶ Sigerius. vide a ante t saturius. ¶ Stigo in vsu non est sed bene instigo, vestigo &c. Verg. in ætna. Pressosq; instigant agmine ventos. ¶ Strigilis variat. Persius. I puer & strygiles Crispini ad balnea defer. Iu. sat. iij. Sonat vnctis strigilibus, pleno cõponit lintea gutto. de hoc in declinatiõibus dictum est. ¶ Triginta trigesimus, vide a in vltimis a tris, vt a bis viginti vigessis vt tressis octussis &c̃. Mart. xij. Amphora vigessis modius datur ære quaterno.

Pyga. Pygarg9 Phrygiũ. Phrygia. Sigæum. Sigærius Triginta Viginti.

I Ante l producitur, vt hilum, nullius precij res & fabæ nigrũ. Rufus in arato. Non eget hui9 enim sedes sacra numis hilum. Nihilum tamẽ corripit. Miletus Ioniæ vrbs. Mart. lib. viij. Nec miletus erat vellere digna tuo. Huius conditor Miletus etiã dicit. Oui. ix. met. Sponte fugis Mileta tua, celeriq; carina. Aegeas metiris aquas & in aside terra Mœnia cõstituis positoris habentia nomẽ. Iu. sat. vi. Et sybaris colles hinc & rhodos & miletos, spondaicus versus est, sic cæteri. Ideo non imitabor Aratorẽ sæpiuscule in hanc artem peccantẽ, vt plegenti totũ opus frequẽter liquebit, is ait li. ij. Sicanio lateri remis vicina Mileti. In eodem Mensibus hibernis tribus in regione Mileti. Ilithia tantũ p roduci docui in i ante a. ¶ Mile milia substantiua, nam mille adiectiuum positione ꝓducit, vt Sillius poetę nomen, licet frequenter imprimatur & Silius & sylius.

Hilum. Miletus.

Exceptio.

Tilia. ¶ Corripiuntur habẽtia s vel t ante i. vt stilus, sileo. tilia. Ouid. viij. met. Quoq; min9 dubites telię cõtermina querc9, Collib9 est phry

giis. sic cęteri. nec apud Serenũ tilia sed talea legendũ est, vt docui in talea ante l. Errauit in hoc Nestor. Hinc tolluntur psilotrũ vnguentũ quoddam. Mar. lib. iij. Psilotro faciẽq; leuas & dropace caluam, & li. vi. Psilotro nitet aut acida latet oblita creta. ¶ Syla cum y græco sylua & mons Lucanię. Verg. æneid. xij. Ac velut ingẽti syla summo vel taburno. ¶ Silenus Bachi nutritius variat. Verg. in buc. Silenũ pueri &c. Ibidẽ. Cantãte sileno. ¶ Scilicet. Verg. Scilicet is superis labor est. ¶ Sylo viri ꝓpriũ apud Catullum, video vnico l scribi. ¶ Thyle es. cum th aspirato & y græco teste Nestore cõtra Tortelliũ, qui cum i. latino sine aspiratione tile scribi ꝑcipit. dicitur quoq; thule teste Nestore, vt cupressus ꝓ cypressus. Mãcinellus negat ꝑ y scribi quia græce habet ου diphthongon, quã in u longum ꝟtimus, ideo solũ ꝑ u thule dicit. Verg. i. Geor. Tibi seruiat vltima thyle. Sil. Incola thyles. Thylos sitr scriptũ teste Nestore cõtra Tortelliũ, alterius insulę nomẽ corripit. Pris. in perihegesi id te docebit. Bilibris corripit cõpositione vt trilix, trilinguis. ¶ Ciliũ folliculus quo oculus integit, a cilere. i. mouere, hinc supciliũ qđ pilis obtegitur. In priapeis. Conueniẽs Latio pone supcilium. ¶ Cilicia ę. regio. vnde cilix, cilissa, cilicium ij. vide cilix in crementis.

Psilotrũ. Syla. Silenus. Sylo. Thyles. Cilium. Cilicia.

¶ Cylindrus cum y græco in prima syllaba, vide a ante r. area. fit a cylizo id est voluo. est lapis. & in Menęchmis coquus.

¶ Cylydros vel us. cum y gręco vtrobiq; serpentis nomen. Luca. lib. ix. Chersydros tractuq; via fumante cylidri.

Cylidrus. Cylidros.

¶ Filix vide crementum. ¶ Filimacius & filimacia hominũ propria. Sido. lib. v. Hoc faueat faciem pulcher philimacius vdã. Idem lib. ij. Locarunt matronam Filimaciam sepulchro. phal. est.

Filimacius. Filimacia.

¶ Gilippus proprium viri. Tibul. iiij. Non magni potior sit fama Gilippi. sic apud Vergi. æneid. xij. Gilium loci nomen apud Petrarcham in sexto aphricæ. Linquitur ad Læuam Gilium vicinaq; contra. Stat. iuga.

Gilippus. Gilium.

¶ Hilaris hilare &c. græce hilaros dicitur, hinc hilarius & hilarion propria, & hilarœdus lasciui & delicati carminis cantor. Verg. Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho.

Hilaris.

¶ Hyle es. Bœotiæ oppidum variatur, quia Nebrissensis dicit produci ab Homero. Papi. Qui breue littus hyles. pro sylua & sarmatica gente ꝑducitur. Valerius flaccus. Mouit & hylęa supplex cum gente syenen. ¶ Hylas ę. Herculis puer. Verg. Clamassent vt littus Hyla &c.

Hyle. Hylas.

¶ Hylactor cum y græco vt duo precedentia, canis nomen. vide aglaodos a ante o.

Hylactor

Ilerda. Ilertes. Ilissus. ¶ Ilerda æ. vrbs hispaniæ, vide lamus a añ m. ¶ Ilertes æ. cyrenaicorum dux in secũdo bello punico. Sil. lib. iij. Consilio viridis sed bello serus Ilertes. ¶ Ilissus fluuius atticæ, variat teste Nebrissensi & scribit gemino ss. ego tamẽ in versibus quos citat. vidi helisos, apud Papiniũ cum e aspirato & vnico s. vide helisos i ante s.

Ilaris. ¶ Ilaris hilarus &c. sine aspiratione nonnulli scribunt Apuleius tamen aspiranda censet vt dicit Nestor. ¶ Ilaira mulieris nomen. vide i ante r. ¶ Lilæa quarundã vrbium nomen. vide æ ante a.

Lilæa. Lilæus. Lilybæũ. ¶ Lilæus viri ꝓpriũ. Sil. xiiij. Quã rapidis puppem manibus frenare lilæus Dum tentat sæua truncatẽ mẽbra bipenni. ¶ Lilybæũ cũ y græco in secũda seq̃nte b cũ æ diphthongo Siciliæ ꝓmontoriũ & vrbs, vide pachynus a ante c. ¶ Milium frumentũ quoddã volunt a mille dici, ꝑpter acinoꝶ multitudinẽ. Mart. lib. xiij. Frumentum milium ptisanãq; fabamq; solebas. Vendere pragmatic⁹ nũc emis agricola. ¶ Milo vel milon athletæ & alioꝶ nomen, corripitur tantũ a latinis, licet quidã dicãt a græcis ꝓduci. Oui. xv. met. Robora fletq; Milon senior quũ spectat inanes. Luca. Põpeiana reum clauserunt signa Milonẽ. ¶ Pila spærula lusoria. Hora. Indoctusq; pilæ. at cum y græco pyla ꝑ colũna ꝓducitur. Verg. viij. æneid. Saxea pyla cadit. Horat. sat. iiij. Nulla taberna meos habeat neq; pyla libellos. ¶ Pylus. i. crinis. Catul. Prætor nec faceret pili cohortẽ, phal. est. At pilum ꝓducit pro telo romano, a perimẽdo dictũ quasi perillum, hinc pilat⁹ pilo armatus. Mart. Et pilata redit iamq; subit q; cohors, hinc pilatus cognomẽ infœlicissimi Pontij, licet alia sompnient indoctissimi barbariei assertores. Sedul. lib. v. Mox igit dominũ pilati ad mœnia duci. minus docte corripit ab Aratore & nõnullis alijs. ¶ Pylos cũ y græco, vrbs a Nelo Nestoris p̃re cõdita, vnde Nestor Pylius dicit. Sta. iiij. theb. Mittit opes danaasq; pylos Neleia turmas, Nondũ nota pylos. Oui. li. i. de põto. Crede mihi Pylio Nestore maior ero, Pileus vndecũq; fiat ꝓducit. Persius. Hæc mera libertas Hanc nobis pilea donant. A pilus fit verbũ pilare. Mart. Quem præstas culum quẽ labiene pilas.

Milium. Milo. Pila. Pilus. Pilatus. Pylos.

Pylene. Philyte. Philetus. Pylades. ¶ Pylene es. cũ y græco, vrbs Aetoliæ. teste Lactantio. Papi. iiij. theb. Belli fama viros sensit scopulosa pylene. ¶ Philyte apud Valeriũ flaccum. lib. v. vide byzer in crementis. ¶ Philetus vel piletus viri proprium apud Pap. in. ij. syl. & in ij. lib. Martiali. ¶ Pylades cum y græco viri propriũ, vide matella a ante t.

Philos cũ suis. ¶ Philos. i. amicus, hinc multa sunt, vt Philosophus, philoponus, phileros otis. philomela, philemon, philomelus. philetas, philadelphus, philippus, philenis, philctes, phillius, œnophilus, philo onis

philodemus, philagrius. philoctetes &c. quæ omia phi syllabã corripiunt. Mart. lib. ij. Candide κοινὰ φίλων sunt hæc tua candide πάντα. Quæ tu magniloquus nocte dieq; sonas. Manilius. lib. i. Arma philippæos implerent agmine cãpos. Verg. iij æneí. Parua philoctetę subnixa petilia muro. Proper. lib. ij. Tarda philoctetę sanauit crura machaon. Idem lib. iij. Callimachi manes & Coi sacra philetę. In vestrũ quæso me sinite ire nemus. Sic philisteon ꝓprium viri. Mart. lib. ij. Mimos ridiculi philistionis. sic hæc & cætera a philos semꝑ corripiunt, ideo periti poetę nunq; in heroicis, elegiacis, sapphicis, phaleucijs cæterisq; generibus tribrachum & ꝓceleumaticum respuẽtibus, vsi sunt his dictiõibus philosophus & philosophia, sed pro ijs semꝑ dixerunt sophus sophia. quãobrem nolim imitari Sidoniũ dicentẽ in epithalamio Polemij. Ilicet summi resident septẽ sapientes. Innumerabiliũ primordia philosophorꝝ. hic vnus maiori licentia vsus est q̃ cæteri omnes ante eũ. Nec sequar vetulum maleferiatũ dicentẽ. Philosophia exilium patit & philopecunia regnat Sido. quoq; ꝓduxit philoctetes dicens ad fœlicẽ. Philoctetã tibi dedit pharetrã. vtrũs est. versus aũt phal. vbi in philocteta prima male ꝓducit, vt notat Baptista pius, sed forsitan aliqs more Catulliano diceret primũ ped ẽẽsse iãbum. Phylires populi apd Priscianũ in perihegesi. ¶ Phylæ arum. aut pyle arũ. cũ y græco vrbs pluraliter teste Sulpitio in illud Lucani lib. x. Regni claustra phylæ cum y græco, vt phylace es. oppidũ Thessaliæ, vbi regnauit Protesilaus. hinc phylacides dictus, producta prima contra primitiui naturã. Oui. in. ij de arte. Phylacides aberat Laodamia tuus. vxor Protesilai Laodamia. hinc phylacea dicitur vel phylaceria. Idem in Ponto, Vt viuat fama coniunx phylocεia, cuius Iliacam celeri vir pede pressit humum. Luca. li. vi. Quæ tetigit phylace thessosq; & dorion ira. ¶ Phylax custos, phylatto custodio. hinc siquidem corripitur, vt docet arctophylax cum y græco.

Philoctetes. Philetas. Philosophus. Philosophia. Phylæ. Phylace.

¶ Phylira cum y græco in prima, arbor quã latini tiliam appellãt. hinc phylirę dicũtur tenuissimę mẽbranulę inter corticem lignũq; tiliæ, quibus in coronis oblectabãtur conuiuę. qua de re multa dicit Beroaldus in annotationibus, & Politianus in miscellaneis ca. lxxxij. Ouid. v. fast. Ebrius incinctis phylira conuiua capillis Saltat. Hora. i. car. ode. vlt. Displicent nexæ phylira coronæ. sapphicũ est. Pro Chironis matre. ll. duplicat teste Georgio valla. hinc phylliri des chiron, & phyllirius, quod secũdam contra primitiui naturam ꝓducit, aut vnico l phylereius, id rectius credo. Ouí. v. fast. Phylliri des tenuit saxo stant antro vetusto. Ibidem. Excipit hospitio iuue-

Phylax. Phylira. Phyllira.

nem phillirius heros, aut philireius heros. Idem. vij. meta. Non exempta foret pœnæ fugit alta superq;. Pelion vmbrosum phylireq; atq; tecta superq;. Othryn &c. sic scyllacæum quoq; (vt asserit Strabo lib. viij. teste Feretto.) ll geminat, tamen Verg. correptionis gratia l. vnum abstulit in. iij. æneid. dicens. Caulonisq; arces & naufragium scylacæum. Scylla quoq; tam mulieris q̄ hærbe nomen l geminat, & apud Columellā male vnico l vulgo scyla legi putam⁹.

Scyllacęū

Ante m in dissyllabis ꝓducitur, vt cimex icis. Mart. li. xi. Nec toga nec focus est, nec tritus cimice lectus. In eodem lib. Et teges & cimex & nudi sponda grabati.

I añ m. i

Limus hinc sublimis, illimis, oblimo as. limē. hinc elimino as. strymon, hinc strymonius a. um. Luca. iij. Deseritur strymon &c.

Exceptio.

Dimas. ¶ Dimas antis viri proprium. vide ephitus e ante p. Papi. vi. thebi Phædymus atq; Dimas.

Fimus. ¶ Fimus. Verg. i. Gæor, Ne saturare fimo pingui pudeat sola neue Errauit in hoc nomine Petrus riga in exodo dicēs. Cum fimo vituli carnes coriumq; cremantur.

Hymen. ¶ Hymen variatur. Catul. Hymen o hymenæe hymen ades o hymenæe. Oui. in epist. Turpia famosus corpora iungit hymen. Hymenæus tantū corripitur, est nuptiarum deus.

Mimas. ¶ Mimas antis. mons in minori asia. Ouid ij. met. Et tandem niuibus rhodope caritura Mimasq;. Est quoq; gigantis nomen, vide ophias i ante a. de quo Hora. quoq; li. iij. car. ode. iiij. Sed quid Typhœus & validus Mimas. versus est alcaicus dactylicus.

¶ Nimis aduerbium. Horat. Sed nimis arcta premunt olidę conuiuia capręi. meretrices fœtidæ aut fœtores axillarum.

Simon. Simo. ¶ Simon & simo, vt Agamemnon & agamemno, vide crementum, ideo gaptistam producentem non sequar, multo minus Sedulium dicentem lib. iiij. Stagna petit paruaq; sedens in Simonis alno. ¶ Simul. Vergi. ænei. iiij. Quam simul ac tali præsensit peste teneri.

Thymū. ¶ Thymum hærba apibus gratissima cum th aspirato & y græco. Vergi. i. æneid. Feruet opus redolentq; thymo fragrantia mella, sic cæteri, ideo errat Nestor qui voluit variari, propter indoctum Macrum masculine dicentem. Si desit thymus pro thymis ponere tymbram Præcipiūt medici. Errauit Macer in valde multis, vt opus nostrum perlegenti patebit. docti thyma non thymos dicunt. Ouid. i. de arte. olentia nactæ Pascua per flores & thyma summa volant.

I ante m in polisyllabis corripitur, vt Timātes tis. proprium viri. Vale. lib. iiij. Monitu rediere timantis. fuit etiam pictor Parrhasij æmulus vt ait Tortellius, quem nisi vidissem, putassem declinari timas antis. vt dimas antis. & ante excepissem, hymetus cum y græco mons Atticæ in. vij. æneі. quidam libri corrupte habent hymetia pro simethia, Timœtes viri proprium. In. ij. æneі. Chimera q̄uis a græcis per ei diphthōgon scribatur in prima syllaba, teste Hermolao barbaro in. v. Plinij. id notauit Nebrissensis ante me, nam & ipse Hermolaum in Pliniū perlegi. Chimera

Exceptio.

¶ Chimerinos .i. hyemalis.. Mar. lib. ix. Si daret autumnus mihi nomen oporinos essem Horrida si brumę tempora chimerinos. Dictus ab æstiuo therinos tibi mense vocarer. Tempora cui nomen verna dedere quis est. Chimerinos.

¶ Cymodoce es. vel cymodocea nympha maris, dicta q̄ vndas maris quiescere faciat, vide i ante o Spio. Cymodoce.

¶ Cymothoe cum y græco, vt precedens nomē a cyma .i. fluctus & thoo curro, etiam est nympha maris. Sil. lib. vij. Ad quæ cymothoe nympharum maxima natu, si quid eiusdem sit originis producatur. Cimmerij populi nomen positu producitur teste Nestore, dimidium producitur compositione vt nimirum. Cymothoe.

¶ Hymera cum y græco fluuius & oppidum. Sil. lib. xiiij. Armaue re suos qua mergitur hymera ponto. Hymera

¶ Limone mulieris proprium. apud Ouid. in Ibin. Limone.

¶ Mimalion viri proprium. Proper. li. i. Mimalion nullos fugiendo tulle labores Sæuitiam duræ contudit iasidos. Ouid. in. ij. de arte. Flesse sub arboribus mimaliona ferunt. Mimallones gemino ll id est bacchę corripitur. Persius. Torua mimalloneis &c. Mimaliō

¶ Simius & simia. Iuue. sat. viij. Cuius supplicio nō debuit vna parari Simia nec serpens vnus nec culeus vnus. Mart. in apophoretis. Callidus enixas elidere simius hastas. sic cęteri, nam apud Statiū nunq̄ corripitur cōtra Calderinum, Nestorem, Bebelium, inepte legentes simium pro nimiū. verba Papinij in fine syluarum sunt. Infantem lingua nimiū salibusq; proteruum. insulsissimus sensus est si simium legas, vt cum Sulpitio sentio. Simię insulę sunt in Carpathico mari, & opinor similiter produci. Simius. Simia.

¶ Similus agricolę nomen. Verg. in Moreto. Similus exigui cultor quum rusticus horti. Similus.

Similius. Simeth9.

¶Simethus fluuij nomen. Verg. ix. æneí. Genitor quē miserat arcē Eductum matris luco simethia circū Flumina. pinguis vbi & placabilis ara palici. at Simethus viri ꝓprijū corripitur. Sil. lib. ix. Arma fuere decus victori bina Simetho. ¶Timagenis philosophi nomen Hora. epist. xx. Cupit hyarbitam Timagenus æmula virtus. sic quicquid est a time. i. honor (licet æstimo correptū quidam hinc esse velint, qđ vt corripi notum est, ita hinc deriuari incertum est) vt timæus, timotheus, timarchus. Sedul. Dum residens cæcus timæi filius illud. errauit more suo Riga dicens in Luca. Bartimęus timæi filius vnus erat. Fortunat9. Et cū timotheo viuere cura meo Timarchus viri ꝓprium est, in quarta tertiæ philelphi.

Timagenes. Timæus Timotheus.

I ante n

Ante n producitur, vt Plinius viri proprium. Mar. Facūdo mea Plinio thalia. phal. est Auso. in epig. vidit nubentem Plinius androgynū. Petrarcha in. ij. lib. epist. ad Rainaldum male corripit dicens. hæc iuga Vergilius, Plinius tenet illa secundus. Inarime trinacria vinū, linum licet a græcis corripiatur teste Nestore. Luca. lib. ix. Et tectum lino spargam per vulgus osirim Inachus n habet in secunda syllaba vt inarine,

Exceptio.

¶Corripiuntur habentia purum c vel m vel s ante i ¶Purum dico ꝑpter crinis, scriniū, clino, inclino &c. spinus spina quæ ꝓducūtur. Exempla sunt cinamomū, minus sino is. poetæ vbi cinamomum dicere nō poterant cinnamū gemino n. dixere, nam eadem arbuscula est cinamomū & cinnamum, neq; a cāna dicitur vt indocti arbitrātur Luca. li. x. Infundere comę qđ nōdum euanuit aura Cinnamon externæ nec perdidit aera terrę, pro cinamomū per sincopam teste Omnibono. Mar. lib. iij. Et fluere excusso cinnama fusa vitro. Tortellius teste Nestore errauit dicens cinamomū n geminare. Nestor affert græcum versum ex Dionysio in periegesi vbi ꝓducitur tertia correptis cæteris in cinamomū. ¶Cinnyps cum duplici n & y græco in secūda syllaba, teste Nestore cōtra Tortellium, est Libyę fluuius, & in. xij. Sillij viri ꝓprium, in obliquis suscipit aspirationem, vt cinnyphis hinc cinnyphius. a. um. Verg. iij. Geor. Cinnyphij tondent hirci ¶Tolluntur ab hac exceptione Chinea collis Brixiæ apud Catullum ad Ianuam, vt interpretatur parthenius. Minos cretensium rex. Ouid. viij. met. Omnia possideat non possidet aera minos. Minotaurus monstrū labyrintho inclusum. Verg. vi. æneí. Mixtumq; genus prolesq; biformis. Minotaurus inest Veneris monumenta nefandæ.

Cinamomum. Cinnamum.

Cinnyps

Minos. Minotaurus.

¶ Mineus viri ꝓpriū, vnde mineius & mineis idis. Oui. iiij. met. Fi/nis erat dictis & adhuc mineia ꝓles. Vrget opus. ¶ Mina ę. i. mna libra, dicunt produci. Minearum. pro cōminationibus corripi, vt verbum ipsum minor, at mino as. pro ago ꝓduci petrus Riga in libro Maccabęorū. Ex auro clypeum minarū mille minarū. Exptē In hymno diui Francisci tam potest corripi ꝙ ꝓduci Mina gregē duc ad regem. non adducit alia testimonia ad ꝓductionē Nestor, ideo hæc oīa iuxta corripi credo, quia Priscian⁹ in libello de pō deribus semꝑ corripit vt Accipe ꝑterea paruo quā nomine Graij Mnam vocitant nostriqꝫ minam dixere priores. In eodem. Sexa/ginta minas seu vis sex milia drachmas Mini⁹ nij. ꝓpriū viri apd Beroaldum, & Minæi populi apud Pris. in perihegesi. Mineus. Mina.

¶ Sinum. i. vas. Verg in buco. Sinum lactis & hæc te liba priape quotannis. Expectare sat est. dicit quoqꝫ sinus ni. Plautus. Ei ne hic sinus cum vino fertur. pro alijs significatis corripit. Verg. Sic effa/ta sinus lachrymis impleuit obortis. ¶ Synas adis. cū y græco & vnico n teste Nestore Phrygiæ oppidum fœminini generis. Papi. lib. i. Syl. Purpura sola cano phrigiæ quā synados antra, Ipse cruē/tauit maculis lucentibus atys. Ibidem pro lapide synadico masculi/ne dixit. Regula lōga synada distinctum variat. ¶ Sina mons qui etiā sinai saltē in gtō græcanico, ꝓducit a Baptista mantuano. Sinum. Synas.

¶ Ginus viri ꝓprium, corripitur in nona septimę Philelphi dicētis Et meus iste Ginus. ¶ Hinulus ceruorū pullus, & ex equo & asi/na mulus, variat vt ostendit deductum hinuleus. Proper. Atqꝫ hi/nuli pellis totos operibat amātes. Hora. in odis. Vitas hinuleo me similis chloe. asclep. est. Geor. valla aspirat nomen, licet sint qui sine aspiratione scribi ꝑcipiant. Idē scribit gemino n hinnulus, qđ mihi non placet. ¶ Inula hærba. Colu. lib. xi. Capparis & tristes inulæ ferulæqꝫ minaces. ¶ Inuus Pan, hinc castrū inui est oppidum qđ nūc nouū castrū dicit, ꝙ ibi colebat Pan. vt dicit Serui⁹ in illđ Ver. vi. ęne. Hi collatinas imponēt montibus arces. Pometios, castrūqꝫ Inui bolam qꝫ coramqꝫ. ¶ Linus viri nomē. Oui. Et linon in syl/uis idem pater edidit altis. Verg. Nec linus huic mater &c. Mart. li. i. Dimidium donare Lino ꝙ credere totū Qui mauult, mauult per/dere dimidium. Errat Petrarcha ad conuiciatorē dicens. Orpheus amphion vel natus Apolline Linus. ¶ Lino & linio is. hinc illi/nio, oblino &c. Hora. Incōptis allinet atrum. Verg. Seruataqꝫ mel/la thesauris relines. Sedulius. Mēbra operis natale lutum per clau/stra genarum. Illiniens hominē veteri de semine supplet. Errat mo/re suo Riga in Tobia dicens. Linijt hinc oculos, fit medicina patri. Ginus. Hinulus. Inula. Linus. Lino. Linio.

Apud Lucretium lib.iiij.sensus facile iudicat non illiniaris nec illi naris legẽdum esse, sed illiciaris sic. Vt melius vigilare sit ante. Qua docui ratione cauereq; ne illiciaris Nam vitare, plagas in amoris ne iaciamur, Non ita difficile est q; captũ retibus ipsis Exire & validos Veneris perrũpere nodos. Notate diligenter hæc verba Lucretij. Apud Verg. in ætna non linitur habetur in emendatis libris sed per e lenitur a lenior iris. i. mitigor, & est optimus sensus vt videbis ex doctissimi Badij enarratione. sic igitur legas. Si lenit opus restat magis, vritur illic.

Ninis. ¶ Ninus rex assyriorum. Ouid. iiij. met. Conueniant ad busta Nini lateantq; sub vmbra.

Ninos. ¶ Ninos vrbs Assyriorum maxima quæ Niniuæ quoq; dicitur, quo nomine in Flandria oppidulũ Brabantiæ conterminũ, duobus milibus distans a gerardi monte, vbi diuus Hadrianus religiosissime colitur. Niniuæ est mea patria, vbi vterq; parens Ioannes despauterius sartor, & Margaretha despauteria obstetrix in domino quiescunt. pro quorum animis orationem dominicam legere cum angelica salutatione ne pigeat te, quisquis meis laboribus euaseris doctior, id a discipulis exigant præceptores si iustum peto. A niniue fit niniuita. vnde Niniuita q; niniuensis dici malui. Luca. Et fœlix (sic fama) ninos, ventosa Damascus.

Niniuæ.

Pynarus ¶ Pynarus fluuius. Priscianus in perihegesi. Cui tamẽ immenso fluuij se gurgite miscent Per longũ pyramus. spacium pinarusq; voluti Scribitur cum y græco.

Tinarus. ¶ Tinarus viri proprium. Verg. ix. æneid. Irrumpunt aditus rutuli vt videre patentes. Continuo quercens & pulcher equicolus armis. Et preceps animi Tinarus & mauortius Hæmon. hic s littera interimitur nisi tollas & vel legas martius.

Tinea. ¶ Tinea vermis. Mart. lib. ij. Non metuas mortẽ Næuole, sed tineas. Iu. sat. vij. Positos tinea pertunde libellos. Ouid. xv. meta. Agrestes tineæ (res obseruata colonis) Ferali mutãt cum papilione figuram, sic cæteri quotquot sunt fide digni, quo circa variari nõ recte dicit Nestor, neq; em̃ imitabor Serenum dicentẽ. Natura interna est cum viscere tinea serpens. Nec Sedulium lib. iiij. Non mordax ærugo vorat, non tinea sulcat. Nec Rigam in Luca. In terris vbi sunt ærugo, tinea, fures.

Tines. ¶ Tines etis. apud Philelphum in. i. ix. idem tamẽ in. ij. vi. male produxit linus. ¶ Tinias, cum i ante a, fluuius prope Meuaniam. Sil. lib. viij. Et lauat ingentem perfundens flumine sacro Clitumnus taurum Narq; albescentibus vndis In tybrin properans Tiniæq;

Tinias.

inglorius humor. Et clanis & rubico & senonum de nomine senę.
¶ Tynichus cum y græco & ch aspirato in tertia, est viri nomen. Marullus. At non sic Tynichusq; senex spartanaq; natum Fleuit eris molli mollior ipse nuru.
¶ Trinoctius, trinodis & similia compositione noscũtur Auso. de numero ternario. Trina tarentino celebrata trinoctia ludo.

I ante p

Ante p corripitur, vt Scyphus cum s ante c sequente y græco nõ cyphus, nec vsq; producitur, vt contra Tortellium bene docet Nestor. nec em̃ apud Vergi. in emendatis codicibus est in. viij. æneid. Hoc pater anchises cypho libabat ad aras sed auro libabat. cũ Tortellio errat Sulpitius. Mar. lib. viij. Hic scyphus est in quo misceri iussit amicis Largius æacides & bibit ipse merum. Deceptus est Tortellius (si Nestori credimus) glossa interlineari vbi habetur auro. i. cypho expuncta librariorum vitio s littera. ¶ Niphates, q̃q; apud græcos ei diphthõgo scribatur teste Nebrissensi. Iuue. Quosdam facit iste niphate In populo cypros. Ouid. x. meta. Telluris Cypriæ pars optima &c.

Niphates

Cyperus

¶ Cyperus qđ Sulpitius male dicit produci, pro hoc tamẽ Nestor inepte cyprus legerat apud Sulpitiũ. Homerus in. iij. odissęę. Ende kypeiros est heroici finis. Theocritus in. i. edyllio teste Nestore similiter prima breui secundã ꝓduxit, scribit per y græcũ in prima syllaba & ei diphthõgon in secũda syllaba quam vertimus in e longum vel i longum, vt cyperus vel cypirus, arbor est dicta a latinis ligustrum. Est hærba quoq; in hoc errat Macer dicens. Cum trito validum cypiro si iungis acetũ. fructum ꝓducit candidum. Hiero. in canticis ca. i. Botrus cypiri dilectus meus mihi in vineis engadi. mendose legitur cypri. Cyperus quoq; est viri proprium. Marti. li. viij. a pistore Cypere non recedis. phal. est.

Hypocrita.

¶ Hypocrita corripitur vt omnia ab hypo. id est sub, veluti hypocaustum, hinc hypocritius a Philelpho semper corripitur pro simulatore. nam hypocrisis simulatio quasi subtectio iudicij, ab hypo cum y græco. id est sub, & crisis. id est iudiciũ, ideo teste Nestore errauit Riga in Leuitico dicens. Aurea facta foris simulans hypocrita fingit. errat Sulpitius & quotquot putant hoc nomen posse produci, quia optime sic hexametrũ ingreditur. Pessimus a populo vult sanctus hypocrita dici. Papi. in syluis. Vbi languidus ignis inerrat Aedibus & tenuem voluunt hypocausta vaporem. Hypocausta sunt vaporaria vbi sudamus in thermis. Syphax vide crementum, ideo errat Petrarcha in viij. aphricæ. Nuncius hostem

Hypocausta.

Aduentare refert, syphacis filius vltro. aliquando idem corripit quia putauit propria variari, in quo errat vt docui in præfatione.

Dysspil⁹. Cippus, Hippocrates & ab hippos cætera positione producuntur vt Dysphilus malus amicus. Nam dys cum y græco in compositione malum indicat. hinc Dyscholus. Iuue. sat. iiij. Non est Romano cuiquã locus hic vbi regnat Protogenes aliqs vel dysphilus aut

Diphilus erimantis. Mancinel: tamen Diphilus legit pro Iouis. i. cæsaris amico, nobis prior opinio magis placet.

Exceptio.

Grypus. ¶ Grypus est gryps & nasus aduncus & ænygma. Gryphon græci insolubile dicunt. vide crementum.

Hypates. ¶ Hypates is. fluuius siciliæ. Sill. xiiij. Hypatem ac facilem superati gurgite parco. Pantagiam cum y græco video scribi vt Hypate

Iphus. oppidi nomen.

¶ Iphis viri proprium & puellæ in virum versæ, dicitur ab iphi. i. robur. quicquid igitur fit ex iphi producatur. Oui. ix. met. Vota puer soluit quæ fœmina vouerat Iphis.

Iphigẽia. ¶ Iphigenia & iphianassa mulieris proprium, vide i ante a.

Iphitus. ¶ Iphitus viri proprium. Verg. ij. æneí. Iphitus & Pelias mecum.

Iphino⁹. ¶ Iphinous viri proprium. vide danis a anten.

¶ Iphinoe es. proprium mulieris. Vale. flaccus lib. ij. Dicta placent

Iphiclus. portatq́ preces ad littora graijs Iphinoe.

Iphilus. ¶ Iphiclus viri nomen. Proper. lib. ij. Cognitus Iphicli surripuisse boues. ¶ Iphilus viri proprium in primo Valerij flacci.

Iphias. ¶ Iphias patronymicum. Ouid. v. trist. Ausaq́ in accensos iphias ire rogos. propter hæc errauit Petrarcha, quia credidit propria esse

Niphe. cõmunia dicens in vi. aphricæ. Cernit Iphim & nimio consumptã byblida luctu. ¶ Niphe licet nonnulli libri habeant nymphe, nam nymphe cum y græco hic legendum non est. cum sit hic ni-

Pipilo. phe nymphæ dianæ nomẽ & interpretatur teste Regio lotrix a potu niphin. i. a lauando. vide rhanis a anten.

Idem. ¶ Pipilo as. passerum est cum vocem edunt. Catull. de passere. Ad solam dominam vsq́ pipilabat. phal. est.

¶ Pipo as. Varro in aboriginibus. mugit bos, ouis balat, gallina pipat. Author philomelæ. Accipiter pipat, miluus hiansq́ lepit. Pessimus at passer tristia flendo pipit. Ego columellæ auscultandũ puto de gallinaceis pullis dicenti in lib. ix. cap. v. Animaduertat an pulli rostellis oua percuderint, & auscultetur si pipiant. corripitur quoq́ pipinna vndecunq́ sit a Mart. in lib. xi.

Rhipei montes scythici, a rhipixo.i.flo, quia ventis perpetuis obnoxij sunt. Verg.Geor.iij. Gens effrena nimis rhipeo tundit euro. Rhipheus viri nomē. vide ephitus e ante p. Ripa. Verg. Non bene ripæ credit. At rhipæ arum, p montibus arcadiæ corripitur, vide Beullum e ante t, sic rhypes cū y græco achiuorū populi, hoc nomen corripi credim⁹. Scipio, ppriū & appellatiuū. Sil.xiij. Aspicit & subito turbat Scipio visu. Hora.i.sat.lib.ij. Attamē & iustum poteras & scribere forte Scipiadam. Plautus in asinaria. Scio esse q̄ me hunc Scipionē contui. Iambicum trimetrū est. sic cæteri quotquot fuerūt digni fide, multi in hoc errauerunt, inter quos est Petrarcha dicens vt alibi sępe in tertia aphricę. Maxim⁹ in magno Scipio notissim⁹ orbe. aliquādo tamē pduxit, nec miror, nam sibi psuaserat, ppria variari. Scrypulū quod y in u verso dicit scrupulum ponderis genus est. Mar.lib.v. Saturnalitię ligulā misisse se libræ Flāmarisue togę scrypula tota decem. Luxuria est. Idem li.x. libras scrypula sextulasq; dicit. phal est. Oui. aut alius de medicamie faciei. Quinq; parant marathri scrypula, myrrha nouem, sic cęteri quibus fides habenda est. Errat igitur Macer dicens, Quattuor aut scrypulos mihi significare videt. & Priscianus in carmine de ponderibus (si Prisciani sit, quia pluscula sunt in hoc carmie doctis nō imitanda) vbi dicitur. Siciliquus drachmę scrypuli si adiectio fiet. Sæpe idem nomē ponit & semper corripit. masculinū apud veteres non legi. Sipho onis. fistula aut canalis tubus, p quē vrgēte spiritu aqua vel alius liquor omittit, hinc diminutiuū est siphunculus.i. exigua fistula ex ære, plūbo aut marmore, ex qua exilit aq̄ e fonte. Iu.sat.vi. Effigiemq; deę longis siphonibus implent. Sipus untis. oppidum a multitudine sepiarū. sepius prius dictum hinc sipōtinus vt Nicolaus perottus Sipontinus. Sil. lib. viij. Quęsiuit calaber subducta luce repēte Immēsis tenebris & terrā & littora Sipus. li. v. Quas recipit salpina palus & subdita Sipus Mōtibus. Sypharīū cum y gręco, sunt qui dicant esse mimorū pmium, alij velamē esse putant scænarū, vide grāmaticorū dissensiones in illd Iuue.sat.viij. Consumptis opibus vocē damasippe locusti Sypha rio clamosum ageres vt phasma Catulli. Stypendium cum y græco teste Nestore contra primitiui naturam corripitur, quia a stype dicitur teste Varrone, Catullus, Indomito nec dira ferens stypendia tauro. Sido. Quæ captiua dedit quondam stypendia barchę, Idem contra oīm authoritatē corripuit lib. viij dicens. Possit fœdere sub stypendiali. phal. est. hoc non imitandū est teste Baptista pio. Stipes, itis. Vergi. Stipitibus duris agitur, sunt q deriuēt

Ripheus. Ripa. Scipio. Sipho. Sipus. Syphari um. Stypen dium. Stipes.

a styps & cum y græco stypes scribunt. ¶ Stypa vnico s teste Nestore & y in u versa stupa dicitur, hinc stupeus. a. um. Verg. ij. æneid. Subijciunt lapsus & stupea vincula collo Innectunt. Georgius valla vult pp geminare styppa, stuppa, styppeus, stuppeus.

Stypa.

¶ Stypo as. i. cōdenso & rimas obturo, qa in hoc stypa vti solem⁹ Oui. iij. met. Quę cūcꝫ comitū turba est stypata suarū. at corripiunt stipula & stipulor. aris. Verg. stridenti stipula &c. Iu. Quantū vis stipulare & ptinus accipe quid do. ¶ Tiphata orum. collis ppe Capuam. Sil. xij. Arduus ipse tiphata Inuadit propior.

Tiphata.

Tiphys. Typhon

¶ Typhys cum y gręco in secūda syllaba nautę nomen. Vale. flac. lib. i. Peruigil arcadio tiphys pendebat ab astro. ¶ Typhon onis. gigas & impetuosa ventorū rotatio. Manilius lib. iiij. Quum fugeret typhona Venus subseditin vndis. Oui. ij. fast. Terribilē quondā fugiens typhona dione. Iterū Manilius lib. ij. Merito typhonis habent Horrendæ sedes quē tellus sæua pfudit Quū bellum cęlo peperit. Pro vento autē Luca. li. vij. Et trabibus mixtis auidas typhonas aquarū Detulit, mēdose legebat phytonas teste fidissimo interprete Lucani Verulano. nullos inueni veteres qui Typhon corripuerint, ideo nolim imitari Martianū Capellam in hoc, cōtra oim authoritatem corripientem in secūdo lib. quum dicit. Dissona sacra mitram ditemcꝫ ferumcꝫ typhonē. Necꝫ Philelphum dicentē in iij. vi. Redderer inferior fieremcꝫ typhonis amator. & in v. viij. Dicta typhonæo crepitent tura grandius ore. Typhœus eiusdē gigantis nomen, primā semper corripit, vt in synalœpha & hypmetris visum est. ¶ Triphillis apud Priscianū in perihegesi.
¶ Vipera. Ouid. x. meta. venenū Vipera diffundit crescentescꝫ abstulit annos.

I añ Q
Siqdem.

Ante q corripitur, vt siquidem, etiam vbi oratio est licet tūc quocꝫ pduci posset. Oui. iiij. fast. Sed si forte tibi non est mutabile pectus Statcꝫ semel iūcti rūpere vincla thori. Hoc quocꝫ tentemus siquidem ieiuna remansit Sin minus inferni coniugis vxor erit. Idem li. iij. sine titulo. Quæ mihi ventura est siquidem est ventura senectus. Cum desit numeris ipsa iuuenta suis. in qua correptione videtur liberiore vsus licentia, nemo enim si vncꝫ corripuit, at composita vox ppetuū corripitur, sed vnde cōposita est significationē nō gerit. Est eñ siquidem idem quod nam, in qua significatione inquit Lucanus lib. iiij. Hoc siquidem solo ciuilis crimine belli. Dux causæ melior es eas.

Exceptio.

¶Liquetius Venetiæ fluuius, hinc adiectiuũ liquetius a.um. vt apđ Vergiliũ æneí. ix. teste Seruio Quales aereæ liquetia flumina circũ Imperitiores teste Seruio legunt liquentia. Liquetius

¶Liquor eris. deponens tertiæ. Verg. i. Gæor. Liquitur & zephyro putris se glæba resoluit. Liquor nomen rectius corripitur, quia solus Lucretius produxit vt lib. i. Põdus vti saxis, calor ignis, liquor aquarum. Et ibidem. Fiet vti cibus omnis & aridus & liquor ipse. Liquens a liquor. Verg. aut quum liquentia mella. Liqueo es. hinc liquesco corripit. Persius. Tot tibi quum in flãmas iunicum omẽta liquescant. Verg. Camposq; liquentes. At a liquor liquesco producitur. Ouid. i. de ponto. Sic mea perpetuis liquescunt pectora curis. Iterum liquo as. corripitur. Luca. lib. vij. Ereptaq; tela liquauit. ab his liquidus variatur, quia potest esse tam a liquo q̃ liquor, eadem tamen est significatio. Lucre. lib. i. In saxis ac speluncis permanat aquarum liquidus humor &c. Idem in. ij. Illa quidem debẽt ex læuibus atq; rotũdis Esse magis fluido quæ corpora liquida constant. Idem in. iiij. Crassaq; cõueniunt liquidis & liquida crassis.

Liquor. Liquens & Liquesco Liquo. Liquidus

I Ante r in dissyllabis producitur, vt ciris cum i latino interpretatur tonsa, cirin em̃ græce significat tondere, dicit̃ scylla Nisi filia, ob tonsum patris crimẽ in auem alaudam versa. Verg. in ciri. Candida concessos ascendat ciris honores. Oui. viij. met. In auẽ mutata vocat̃ Ciris & a tõso est hoc nomen adepta capillo, sic cæteri oẽs. Quãobrem nõ verebor dicere mẽdosum esse locũ hunc in ætna Vergiliana. Mẽtiti vates stygias, vndasq; canẽtes. Hi tityon septẽ strauere in iugera fœdũ. Sollicitãt magna te circũ Tantale pœna. Sollicitãtq; cirin, minos tuaq; Aeace in vmbris. Iura canũt ijdẽq; rotant Ixionis orbẽ. Oẽs libri q̃s videre licuit habent p̱ s litterã sirim Calderin⁹ id quid sit minime declarat. Est qui dicat sirim. i. puellam, de qua in ciri Vergil loquit̃. Est quidem hic doctissimus, cui tamen cogente veritate suffragari nequeo, forsan non ille. sed ego fallor, qui primus audeo (quantum scio) hunc locum vt mendosum restituere pristinæ & syncære lectioni, itaq; puto legendum esse Scinim. sollicitantq; scinim. id est immanem illum gigantem & latronem. de quo incredibilia poetæ fabulantur, vt de Tityo, Tantalo, Ixione cæterisq; gigantibus & crudelissimis latronibus, quorum hic paucis meminit Vergilius. Itaque ausim iurare legendum esse sollicitantq; scinim, licet id ante me nemo dixerit quod sciam. Fuit autem Scinis gigas & latro immanissimus a Theseo tandem interfectus, hic

I añ R. Ciris. Scinis.

isthmum obsidens (vt in quito refert Diodorus) duas pinus flectebat, ac vtriq; hoīs brachia alligabat, deinde sursum emittens corpus discerptũ maxīo cruciatu afficiebat. Quod ostendit Ouid. vij. met. dicens. Occidit ille Scinis magnis male viribus vsus. Qui poterat curuare trabes & agebat ab alto. Ad terram late sparsuras corpora pinus. Claud. in i. lib. cōtra Rufinũ Quis ꝓdere tanta reꝉatu Funera? qs cædes posset deflere nefandas? Quid tale īmanes vnq̃ gessisse ferũtur. Vel Scinis isthmiaca pinu? vel rupe ꝓfunda: Syron vel phalaris tauro? vel carcere sylla? Syron latro etiã fuit a theseo interfectus. hīc Syronia saxa, & syronides petræ. Oui. i episto. Phyllidis. Quum fuerit Syron lectus toruusq; procustes. Et Scinis & tauri mixtaq; forma viri. Proper. lib. iij. Arboreasq; cruces Scinis & non hospita graijs Saxa & curuatas in sua fata trabes, nemo iam mediocriter eruditus dubitabit (vt opinor) non ponẽdam esse nihili voculã Sirim per s lrãm, nec cirin ꝑ c lrãm, refragante cũ sensu quãtitate, sed (vt dixi) scinim ꝑ sc lrãs & i latino sequente n non r, vel forsan nō male (vt qdam libri habent) siti, sed q̃ diximus magis placent, neq; id mirũ videri debet, quum in opusculis Vergilianis pluscula vulgo repiantur mẽdosa, vt sirenes pria breni, quũ Horatius vt cæteri dicat. Vitãda est improba siren Desidia sic stymphalides ꝓ stymphali, & alia quæ opus hoc plegenti occurrent.

Miror. ¶ Miror, miraculum, nemo ignorat ꝓduci. Mart. Barbara pyramidum taceat miracula Mẽphis. id cōsyderasset Nebrissensis nunq̃ dixisset vocalẽ ante vocalem ꝓduci in dehinc apud Horat. in arte. Cogitat vt dehinc speciosa miracꝉa promat, vbi bis peccat nam vera lectio est. Cogitat vt speciosa dehinc miracula promat. dicit idẽ in deest vocalẽ ante vocalẽ ꝓduci in illo Papinij. xi. theb. Deest seruitio plæbes hoc ignis egẽtes. verũ nō dubito hoc quoq; mendose legi, nō est mihi nunc Papinij copia, ideo quo pacto legẽdum sit nequeo hariolari.

Scyros. ¶ Scyros cum sc lrīs sequẽte y græcō vna ex cycladibus. Papi. i. Achil. Palladi littoreę celebrabat scyros honorẽ Forte diem. hīc scyrius a. um. & scyrias adis. Verg. Armiger automedon vna oēs Scyria pubes. Sidonius ad fœlicẽ. Inde Scyriadum datus patenti. phal. est. vbi de syllaba positione ꝓducit nisi forte Catullũ affectauerit imitari, quẽ huic generi in pria regione nonnũq; trocheũ dedisse, in positionis regula ꝓbauim⁹. idem Sidoni⁹ (vt in quartũ Plinij notauit Hermolaus) peccauit in hoc noīe dicens in burgo. Vel scyrius vacuasse colus vel serica fila Per cannas torsisse leues.

Nireus. ¶ Nireus viri ꝓpriũ. Nebrissensis male credit trissyllabũ esse prima correpta, quia dissyllabũ est vt Orpheus,

& si per dieresin trisyllabum fiat, prima producitur. Horat. in epodo ad Neæram. Nec te Pythagorę fallant arcana renati. Formaq; vincas nirea. secundus versus est iambicus dimeter, vbi actus nirea primam producit.

Exceptio.

¶ Lyra cum y græco. Oui. xi. met. Flebile nescio quid querit lyra. flebile lingua. Murmurat exanimis, respōdent flebile ripę. instrumentum musicū est a lyrin. i. canere, hinc forte Lyris impudicæ mulierculæ nomen. Mart. lib. ij. Quod faciat vult scire Lyris quod sobria fellat, nam Liris fluuij nomen cum i nostro, etiā in prima producit. Idem lib. x. Desyderant nec marica nec liris. Scazon est, sic producit tantum lira p i nostrū & sulcum significat, hinc deliro as. i. insanio & erro, nam delirat qui nō recto sulco semen tegēdo incedit, hinc delirus a. um. pro insano & a recto recedente, hinc perdelirus. i. valde delirus. Lirare est liras facere. Sunt qui deliro e græco lirin. i. ineptire deriuent, hinc liras ineptias & nugas dicimus. Plautus. Nam tuę blanditię mihi sunt (quod dici solet) gerrę germanæ ędepol liræ. Vtut est nusq; corripiunt deliro, delirus, perdelirus neq; p y grecum vnq; scribenda sunt, a lyra musico instrumēto quicqd Nestor & multi alij dicant. Nam ineptissime legunt perdelyrus penultima breui, p dissono & absono apud Lucre. lib. i. Quod facit hic idem perdelyrus esse videt. Nam nō in masculino genere legēdum est perdelyrus, sed in neutro perdelirum. id qd sensus facile indicat, sic em Dicere rem nullā in numero cōstare nec ignem Qd facit hic idem perdelirum esse videt. Sensus hic est dicere rem nullā in numero constare nec ignē quod facit. i. dicit hic idem Heraclitus, id videt perdelirum. i. valde falsum & fatuū. si perdelirus legas ineptissimus erit sensus, nam quorsum referes dicere &c. sed quid verbis opus est: quū ipse Lucretius paulopost id manifestet dicēs, Qd mihi. quū vanū tum delirū esse videtur. Horat. ad Lolliū. Quicquid delirant reges plectunt Achiui. Idē sat. iiij. li. ij. Auersus mercaturis delirus & amēs sic cæteri. ¶ Myrō vel myro onis. statuarij nomē. Sta. i. syl. Quicquid & argento primū vel in ære Myronis Lusit. Auso. in epig. Bucula sum coelo genitoris facta Myronis. scribit cum y græco vt myron. i. vnguentū, quod similiter corripit. Hinc myropola vnguentarius, myron myri, quia p vnguento est neutrū secundę declinationis. ¶ Pyra cum y græco lignorum congeries. Verg. Innumeras struxere pyras. sic pyrus pyrum arbor & fructus, omia hæc a pyr. i. ignis ducunt. Verg. Insere nunc Meliboee pyros pone ordine vites. ¶ Quiris singulare in raro vsu est. Persius. Heu steriles

Lyra. Lyris. Deliro. Perdelir. Myron. Pyra. Pyrus. Quiris.

veri quibus vna quiritem Vertigo facit. ¶ Syrus cum y græco vt syria, rectius corripitur. Iuue. sat. vi. Qz quæ lōgorum vehit ceruice syrorum. Horatius. sat. vi. Tu ne syri, damę aut Dionysi filius audes Deijcere e saxo ciues aut tradere Cadmo. notū est hic primā corripi, quia ne interrogandi dictio corripit. Ideo quidā male putarunt syridamas vnicā esse dictionē prima pducta, quū potius dicere potuissent prima correpta, secundā & tertiam pduci. Catullus. Hoc misso in syriā requierant omib⁹ aures. sic cæteri, solus aūt Iuuenalis in tertia sat. pduxit syrus dicens. Iam pridē in tyberim syrus defluxit Orontes. at syria semp corripiat, nec sequamur Petrarcham dicentē. Syria mollis Porrigat ipsa manū. ¶ Styrax tantū corripit, vide crementū.

Syrus. Styrax.

¶ Styrus Medeæ sponsus, teste Bebelio.

Tyros. ¶ Tyros vel tyrus insula & vrbs. Tibul. li. i. Prima ratē ventis credere docta tyros. Oui. iij. met. A tyro hac pfugos posuistis sede penates, ablatiuus corripit ppter vocalē sequentē, vt sub ilio alto, tyros etiā caseus interpretat, vnde butyrū, de quo in medijs agemus.

Tyra. ¶ Tyra ç. cum y græco vt pcedens, loci nomen. Vale. flac. li. vi. Linquitur abruptis pelago tyra, linquit & mons Embolus.

Tyres ¶ Tyres cum y græco grō tyrę. Verg. æneī. x. Te fugiens fratreq; tyren curruq; volutus. Sil. vi. Exanimū nasamona tyren super ipse iacebat. viri nomen est.

Tyras. ¶ Tyras ç. cum y græco fluuij nomen, vide halis. a ante l. Tyro quoq; per y græcum scribitur sed producitur tantum, contra inceptulum quendā, vt Tyro. us. nymphæ nomen. vide a ante e Pasiphae & Tyrocinium. o ante c.

I ante r Pyrenę⁹. I ante r in polisyllabis corripit, vt Pyreneus viri pprium per eu diphthongon nō per æ contra Tortelliū. Oui. v. met. Clausit sua tecta Pyreneus. Notent e lōgis deriuata, vt virosus a virus nam a vir corripit. Tyrinthius a tiryns. viresco a vires, qđ verbū significat vires acquirere & fortiorē fieri. Furius antias apud Gel. li. xviij. ca. xi. Increscunt animi virescit vulnere virtus, hoc a vireo corripit. Sta. lib. I. syl. Exuit atq; alios melius reuirescit in annos. spiritus a spiro &c.

Exceptio.

Chironomon. ¶ Chironomon ontis. vt Leon ontis. vel chironomas antis. vt adamas antis. teste Mancinel. in hunc versum sat. v. Iu. Saltantē spectas & chironomōta volanti Cultello donec peragat dictata magistri. Dicitur quoq; cheronomos cheronomi. Est autem is qui ad mensam edenda incidit, certa lege manus, nam chier manus est, &

nomos lex, ars hæc chironomia dicit. chiromantia est ex manuum inspectione diuinatio, cheir græce per ei diphthongon scribitur, ideo in compositis producitur. Mart. Chirurgus fuerat nunc est Vespillo Diaulus. sic chirocrates, chirographus vel um. Iuue. sat. xiij. vana superuacui dicunt chirographa ligni. vnũ est chiragra a latinis correptũ. Persius. Lapidosa chiragra. Mart. lib. i. Sed nil patrono porrigit hæc chiragra est. Philelphus secutus deriuationẽ græcam ausus est hoc nomen producere, vt in iij. ix. dicens. Num te chiragra fatigat. ¶ Cyrios cum y græco in prima. i. proprius, authenticus & dñs, hinc cyriacus & cyrinus virorũ propria. & acyros improprius, vnde acyrologia. Cyrinius viri propriũ. Mart. lib. viij. Sic tua cyrini promas epigrãmata vulgo vocatiuus est. ¶ Cyrene es. & cyrenæ arum. cum y græco, vrbs Libyes. hinc cyrenia dicta est tota Libya. Est alterius quoq; oppidi nomen. hinc cyrenæus & cyrenaicus. Luca. lib. ix. Aphrica cyrenis etiam tunc bruma rigebat. Sil. lib. iiij. Necnõ cyrene pelopei stirpe nepotis. interdum corripit. Catul. Laserpiciferis iacet cyrenis. phal. est. ideo non male dixit Petrarcha in. iij. aphricæ. Plura cyrenęo cecidissent milia campo. Chirurgus. Cirographum. Chiragra. Cyrios. Cyriacus Cyrinius Cyrene.

¶ Cyrene Aristei mater producitur tantum, vt ex Gæor. iiij. disces. Cyrene.

¶ Ironia id est simulatio vel illusio, tam in prima q̃ in tertia, græce per ei diphthõgon scribitur. ¶ Liriope nympha. Oui. iij. met. Cerula Liriope quã quondã flumine curuo Implicuit &c. fuit Narcissi mater. ¶ Myriones viri nomen. Horat. lib. i. car. ode. vi. Nigrum Myrionem aut ope palladis. Asclep. est. habet y græcum in prima syllaba, aliqui tamẽ Merionen legũt, vide quæ in hunc versum affert Badius. Miritenes vide e ante n. ¶ Pirata. Luca. lib. ij. Omne fretum metuens pelagi pirata reliquit. ¶ Pirithous viri proprium. vide matella a ante t. ¶ Pirene es. cum i nostro mõs & fons musis sacer. apud Corinthum. Persius in prefatione, Heliconiadasq; pallidasq; pirenen. scazon est. Stat. i. syl. Nec conscia detur Pirene, largos potius mihi gurges inhaustus. Ironia. Liriope. Myriões Pirata. Pirithous. Pirene.

¶ Pyrene cum y græco, mons Hispaniæ a Pyrene puella, quam Hercules compresserat, quæ illic a feris lacerata dicitur & sepulta. alij deriuãt a pyr. id est ignis propter crebra fulmina. Variatur hoc nomen sed productio est longe frequentior. Sill. lib. xiiij. Pyrene misit populos qui nomen amore &c. Luca. lib. i. Nubiferos colles atq; aeream pyrenen. versus est spondaicus. vt apud Iuuena. sat. x. Additur imperijs hispania, Pyreneneq; transilit. Tortellius male legit pyreneumq;, quia (vt recte dixit Nestor) pyrenæus penultimam diphthongo producit, vt pyrenæi montes. Tibul. lib. i. Pyrene.

Non sine me est tibi partus honos tua bella pyrene. Testis & oceani littora santonici. Sido. in. iij. paneg. Tyrrheni Rheniq; liquor vel longa pyrene. sic Petrarcha. iiij. aphricæ. Tum filius vltor Et patris & patrui nomen dedit isq; pyrenen Transgressus &c.

Piroma. ¶ Piroma & pirula producunt teste Sulpicio.

Pyramus. ¶ Pyramus cũ y græco viri & fluuij nomen. Oui. iiij. meta. Pyrame respõde, Pro fluuio in oraculo. Tũc erit vndisonus late quũ pyramus olim Littora profundens cypriũ labetur in almã. Pris. tamẽ corripuit. Vide pynarius I ante N.

Pyramis ¶ Pyramis cum y græco, a similitudine flammæ nomẽ accepit. Latini metam dicũt. Mart. Barbara pyramidũ taceat miracula mẽphis.

Pyræus. ¶ Pyræus Atheniensiũ portus. & promontoriũ cum y græco. Oui. vi. met. Portus cecropios intrat pyræaq; littora tãgit.

Pyralis. ¶ Pyralis producit teste Nebrissensi cũ y græco. est eñ bestiola pennata muscæ magnitudine ex igne proueniens.

Pyrites. ¶ Pyrites. producunt huius nõis omnes syllabæ apud Priscianũ in periegesi, & est lapillus, cui plurimus ignis est, sed multa a pyr corripiunt vt pyro ignis pyropus, pyracmon, pyretrum &c.

Phthiriasis. ¶ Phthiriasis morbus pedicularis a phthiron. i. a pediculis cum ph & th aspiratis in eadẽ syllaba. hinc phthirophagi homines solis piscibus victitãtes, a tenuitate victus quasi pediculis vescantur, scribit græce per ei diphthõgũ.

Pyreicus ¶ Pyreicus pictor in. iij. Propertij. Pyreicus parua vendicat arte locum. cum y græco sic legit Beroaldus.

Sirius. ¶ Sirius stella in ore canis cœlestis. Sil. lib. i. Nec puluere fessum Agminis ardenti labefecit Sirius astro.

Stiria. ¶ Stiria stiricidiũ. Mart. lib. vij. Turpis ab inuiso pẽdebat stiria naso. Clau. astringit stiria setas.

Tiresias. ¶ Tiresias cum i latino in prima, quia græce scribi per ei diphthongon teste Calepino, fuit augur thebanus. Proper. lib. iiij. Magnã tiresias aspexit pallida vates. dicit etiã tiresia in ntõ.

Tyridates. ¶ Tyridates Armeniæ rex. Hora. lib. i. car. ode. xxvi. Quis tyridatẽ terreat vnice? versus est alcaicus dactilicus

i ante s

I Ante s producitur, vt Chrysos cum ch aspirato & y græco, hinc Chrysostomus & chryseus a. um. id est aureus. Mar. li. x. Chalcea donanti chrysea quod dederas, chalcea. i. ærea. chalcon. i. æs. Pisæ arũ. hinc pisæus. a. um. Oui. li. v. met. Est mediũ cyanes & pisææ arethusæ. Errauit hic Petrarcha ecloga. x.

Exceptio.

Bison. ¶ Bison ontis. anĩal iubatũ, plixitate deforme, nascit in germania. Mar. Illi cessit atrox bubalus atq; bison. Idẽ. Turpes esseda quod trahũt bisontes. phal. est. ¶ Crisis cum i nostro sine aspiratione. i. iudiciũ hinc hypocrisis, catacrisis. i. diiudicatio, at cathacresis cum ch aspirã

cō in tertia syllaba dicitur abusus. hoc Nestor. ¶ Cisium vehicu- Cisium.
lum. Cisiarius qui cisium regit. Auso. in epist. i. vel cisio triiugi si pla
cet insilias. Idem ad amicū quendam. Sed cisium aut pigrum caut⁹
conscende veredum. ¶ Hysopus vel um. hærba cū y græco & Hysopus.
vnico s apud Latinos quia corripit᷑ licet apud græcos ss geminet
hyssopus scribiturq; per o magnū & est hysopus feminini generis
nec mir᷑ est (inquit Nestor ex quo hoc sumpsimus) vnū s a latinis
abiici in hysopus quia simile in multis factū videmus, vt grabatus
syracusæ gothia lacus, & nōnulla alia apud nos corripiunt primā
quā apud illos positu extendūt, recte igit᷑ dixit Alanus lib. iiij. Se cę
lum terrę cōformat cedr⁹ hysopo. male aūt Macer. Est hysopū sic-
cum, calidum quoq;, tertius illi Est in vtroq; gradus, In eodē luto
hesitat Riga in libro regū dicēs: Aut hysop⁹ signat hūiles, cedrusq;
superbos. ¶ Isara ę. fluuius gallię in rhodanū fluens Luca. li. i. Hi Isara.
vada liquerunt isarę qui gurgite ductus. ¶ Isaurus fluuius vide Isaurus.
metaurus e ante t. ¶ Isaurū oppidum qd᷑ pluraliter isaura. orum Isaurum.
Amian⁹ dixit. Hinc isauric⁹ dictus est Seruilius qui isaur᷑ vicit, isau Isauri.
ri & isaurę populi sunt. Oui. Aphrica victorē de se vocat alter isau-
rum. Sido in. i. paneg. Adieci seriе quos nunc moderaris isauros. Isalces.
¶ Isalces viri ꝓpriū. Sil. lib. v. Optabat pugnā ante oculos spe lau- Isocrates.
dis isalces. ¶ Isocrates viri nomen. Rufinus Laudamus isocratis Iserus.
artem. ¶ Iserus teste Bebelio. ¶ Isidius contra primitiui naturā Isidius.
ab isis. vide Io. in i ante o. ¶ Lysias viri nomē corripuit Arator. in Lysias.
secūdo libro. ¶ Miser Persius. O miser inq; dies &c. hinc miseri Miser.
cors misericordia miseror misereor miseret &c. ¶ Nisantes viri Nisantes.
nomen. Valerius flaccus li. i. O si mihi sanguis Quātus erat quū si-
gnifero cratere nisantē. Nō leuiore tholum manus hæc cōpescuit
auro. ¶ Nisi cōiunctio passim legit᷑ nisus si nomē sine dubio ꝑ-
ducitur. ¶ Phthisis cum phth aspiratis in eadē syllaba est pulmo Nisi.
nis exulceratio a phthinin. i. tabescere, phthisici sunt qui eo morbo Phthisis.
laborant. Iu. sat. xiij. Et phthisis & vomicę putres & dimidiū crus. Se
renus. Si vero phthisis annoso sedet improba morbo, inepte scri
bit Vgutio tisis teste Nestore sine p & aspiratiōe. ¶ Phthysis cum
phth aspiratis sequente y græco ante s est sputio. a phthyzo. i. spuo
verbū est doricum nam cōis lingua ptysis sine aspiratione dicit cū
y græco in prima, p sputitione a ptyo. i. spuo. ¶ Physis cū y græ-
co in prima. i. natura, vnde physic⁹ physiologus &c. Ausonius de Physis.
numero ternario In physicis tria prima, deus, mūdus. data forma,
quare bene dixit alexāder nequā Corrūpit natura physin cursuq;
rotatoq;. Sidonius in græcis negligentior male ꝓduxit vt videre

bus & scoria patiar tabescere tali, ita legit cũ Calderino Badi⁹. Baptista in exhortatiõe cõtra infideles. Sub Decio cędi meli⁹ fuit atq; cruore Fundere q̃ scelerũ scoria tabescere tãta. q dã dixere pduci, & apd' Verg. esse mendũ. vellẽ pductiõis afferrẽt testimoniũ, & quõ Verg. emẽdand⁹ est, edissertarẽt. ¶ Corithus. Claud. in. ij. de raptu pserpinę. Crispat gemio vestusq; corithia cĩctu. Poplite fusa ten⁹. Scoria:

Exceptio.

¶ Producunť habentia l vel r ante o, vt gloria, florus, rora, prora, q̃re nõ satis docte dixit Arator. Nois ore tui iam Floriane tenes. fit em̃ a flos floris, flora, flor⁹, florian⁹. ¶ Choreus cũ eu diphthõgo sacerdotis ppriũ. Verg. xi. ænei. Forte sacer cybelę choreus olimq; sacerdos. ¶ Corus sine aspiratiõe, vent⁹ q etiã caur⁹ dr̃, & argestes ę. Luca. li. vij. vict⁹ violẽto nauita coro Dat regimẽ vẽtis. at chor⁹ cũ ch aspirato, p cœtu corripiť. ¶ Corã ppositio. Ver. i. ęnei. P ostq; introgressi & corã data copia fandi. ¶ Coryc⁹ cũ y grę co vrbs, port⁹ & mõs Cilicię. hinc corycius a. um. Verg. gęor. iiij. Nãq; sub œbaliæ memini me turrib⁹ altis. Qua niger humectat flauẽtia culta galesus Coryciũ vidisse senẽ. ¶ Corytus cũ y grę co & t exili a grę cis cũ g scribiť gorytos, neq; a corio dr̃, vt barbari docẽt pharetra est. Noni⁹ vult eẽ missile in sagittarũ modũ. Ver. x. ænei. Corytiq; leues hũeris & letifer arc⁹. Sil. li. ij. Coryti fratrũ ex hũeris calamiq; paterni, Pẽdebãt, Sido. in epithalamio ruricij & iberię. Cui fax arc⁹ coryt⁹ pẽdebat, at ille &c. ita legit Baptista pius, ne Sidoni⁹ duas lõgas cõtra oĩm authoritatẽ corripuisse cẽseať, si (vt codices hñt oẽs q̃s Baptista vidit) legerem⁹ in grõ cui⁹, sic. Cui⁹ fax, arc⁹, corytus pẽdebat, vt ille &c. ¶ Coritha ę. vł corithe es. cũ th aspirato, nobilissimę equę nomẽ, vt hirpin⁹ nobilissimi equi nomẽ. Iu. sat. viij. Sed venale pec⁹ Corithę posteritas & Hirpini &c. ¶ Coraliũ variatur, sed pductio ẽ acceptabilior. Oui. iiij. met. Nũc quoq; coralijs eadẽ natura remãsit. Idẽ xv. met. Sic & coraliũ q̃ primũ cõtigit auras, sic cęteri pter Claud. dicentẽ in nuptijs honorij. Mergit se subito, vellitq; corallia clocho. Sido. in epithal. ruricij. Lactea puniceo sumãť colla corallo. puto nũ eẽ corall⁹, licet Bebeli⁹ noluerit latie dici p lapillo. Corall⁹ ppři nomẽ, corripiť tantũ. Oui. in. iiij. de põto. Hic mea cui recitẽ nisi flauis scripta corall̃. ¶ Corãbla ę. herba q ocl'os retũdat, & hebetes faciat. a cora. i. pupula et amphly retusum, ac hebes. Col. xi. Prodit & asparagi corãbla simillia filo, ita legit Beroal. expũgens dictionẽ subdititiã cortuba, vbi alij q̃q; corruda legere, q̃ est syluestris asparag⁹. ¶ Chorasmij ppři apd' Pris. in perihegesi. ¶ Doron. i. donũ vel palm⁹, pduciť, hic dorothe⁹ & c si c dor⁹, dorias, vt opinor. At dory. i. lãcea corripiť, hic doryphor⁹, dorycl⁹,

Florian⁹
Choreus
Corus.
Corycus
Corytus
Coritha.
Coraliũ.
Bebelius.
Corãbla
Doron:

Doris. ¶ Doris idis. filia Oceani & tethyos, interpretatur amaritudo & ponit̃ p mari. Verg. in gallo. Doris amara suam nō intermisceat vn
Dorisc⁹. dam. ¶ Doriscus a doride appellata, vrbs thraciae. ¶ Dorus
Dorus. Neptuni fili⁹, vñ appellati sunt dores, teste Seruio in secundū ęnei.
Dores. hinc doricus. a. um. & dorius. a. um. Verg. in. ij. aenei. Panduntur portae, iuuat ire, & dorica castra Desertosq; videre locos. Auso. ad Paulinū. Nam gloriosum graeculus nomē putat, Quod sermo fucat dorius. est iambicus trimeter cū dimetro. Dorion. i. Messeniae op
Dorion. pidum. Papi. iiij. theb. Getico quos flebile vati, dorion. vide etiam phylace i ante l. Argumenta librorum Papinij, aut valde mendosa sunt, aut ab indocto aliquo cōposita, nam in argumēto sexti libri corripit̃ male dorion & plura. ¶ Hora. Oui. nec quae pterijt hora redire potest. ¶ Horoscopus. Persius in vi. sat. Geminos horoscope varo Producis genio, sic horologiū, & vbū horoscopo as. Manil. lib. iij. Iam facile est si quod qñq; horoscopet astrū Noscere
Horops. ¶ Horops & horus virorum nōīa, vide o ante n. conon.
Horus. ¶ Morari p insanire & stulte agere. apud Suetoniū in Nerone, nā
Morari. p expectare vel in mora tenere, corripit̃. Prius dicit̃ a moros. i. fatuus, quo Plautus in truculento vsus est dicēs. Amor mores hoīm moros & morosos efficit, si morosus a mora repiat̃, corripiet̃. nā a moribus pducit̃. ¶ Morio onis. fatuus qui naturali quodā sto
Morio. liditate, & oris deformitate oblectat. Mar. li. viij. Morio dictus erat viginti milibus emi. ¶ Morus p mauro & arbore, cuius fructus
Morus. morū est, negamus a mora dici. Oui. Ardua morus erat. Idē. Pendentia mora rubetis. ¶ Moricū apd' Nebrissensem in vltima edi
Moricū. tione nusq; est. Moram p mouerā, sic noram norim, & siquid tale
Noris. est aliud ex pterito rum regulis patet. ¶ Noricum regio europę. hic noricus. a. um. Sido in. i. panęg. Noric⁹ ostrogothū qui cōtinet ille timetur, sic caeteri. Noris vrbs, teste Nestore. ¶ Ora appellatiuū
Ora. Verg. Troiae qui primus ab oris. p dea Quirini vxore, quae ante mortē Hersia dicebat̃, corripit̃. Oui xiiij. meta. Excipit & priscū pariter cū corpore nomen. Mutat oramq; vocat, quae nūc dea iūcta
Oro. Quirino est. ¶ Oro as. oratio, orator. Verg. Oramus prohibe.
Orome ¶ Oromedon viri nomē. Proper. li. iij. Coeum & phlegraeis Oro
don. medonta iugis. ¶ Oricos. i. vrbs aetolię. Sil. lib. x v. Ille & nocturnis cōterruit oricon armis. Hora. li. iij. car. ode. vij. Gygen. Ille no
Oricos. tis actus ad oricum. Asclepia. ¶ Orata piscis quasi aurata a colo
Orata. re auri. Mart. Non omnis laudē pretiumq; orata meret̃. pducitur
Orithos. similiter p viro a pisce sic dicto. ¶ Orithos i. cū th aspirato vrbs Epiri, teste Seruio, hinc orithius a. um. Prop. li. i. Vt te foelici vecta

per cærula remo, Accipiat placidis orithios æquoribus. Vergi.xi æneí. Inclusam buxo aut orithia terebyntho. ¶ Orion viri nomen post mortẽ inter astra relati. variat, sed pductum volunt p u vrion quidã dici, gtũs est orionis, cuius penultima similiter variat Sta. vij.theb. Atq3 auro rude fulmẽ habent orionis alti, hoc loco fabulã orionis enarrat pulcherrime Lactantius. Luca.in.i. Armatumq3 auro circũspicit oriona, versus est spondaicus, vt apd' eundem lib.ix. Teste tulit cœlo victi decus orionis. Oui. viij. meta. Aut helicen iubeo nitidũq3 orionis ensem. Vale.flac.li.i. Nõ meus orion aut sæuus pleiade taurus, sic frequẽtissime inuenies, sed nec raro ter corripit. Oui.in.i.de arte. Pallidus in lyncẽ syluis errabat orion Verg.i.æneí. Quũ subito assurgens fluctu nymbosus orion. Idem in.iiij.ęnei. Dum pelago desęuit hyems & aquosus orion. Hora in epodo, ode.xv. Dũ pecori lupus & nautis infestus orion. Stat.in.i. syl. Noctibus hybernis & sydera terret orion. Hic nonnulli dicunt auem significare, quę sonoro cantu sydera terrere putat. Vale.flac. lib.ij. Tantus orion iam cadit, irato iam stridet in æquore perseus. Oui.in.xiij.met. Ecce facit medijs natas ab orione thebis. ne verearis hoc nomẽ variare, vel in minimo carmine, quicqd aliq dicant Orion dicit quoq3 aoriõ teste Nestore. Ab aor.i. ensis, quia ensifer dicit, vt in.ij.de arte apud Oui. Ensifer orion aspiciendus erit. Catul. Proximus hydrocho fulguret aorion. hydrochous.i.actuari9 Pollitianus nõ putat aorion legendũ esse, sed cũ o ante a oarion, vide Miscel.ca.lxix. ¶ Orithius. Sido.in epithal. Ruricij. Inter cyaneas ephyręa cacumina cautes, Qua sup Idaliũ teneat orithion in æthrã, Exesis ale montis apex. ¶ Origanũ Calderinus vult pduci, Merula corripi, vide i ante g. Orops sed multi horopes scribũt, vt visum est, sic alij horus alij orus. ¶ Orificiũ, quia fit ab os, vt orea æ. frenũ dictum q orí inferat. ¶ Oritæ arum. populi. Priscianus in perihegesi. Oritas aribasq3 simul liniq3 arachotas.

Orion. Orithius Origanũ Horops. Orithæ. Orithya.

¶ Orithia, vide i ante a. puto in hoc errare Petrũ Crinitũ in.ij.lib. car. Blandius spirant zephyri, calentes, Dũq3 te solers orithyia q̃rit Frigidus pennis boreas niuosis, Suscipit ignẽ. Sap. sunt cũ adonio ¶ Phora loci nomẽ, vñ britomartis nympha dicit phorea. Verg. in ciri. Vnde alij fugisse ferunt, & numina phorę. Virginis assignãt Phoreus p eu diphthõgon viri, pptiũ apud Vale. flaccũ in iij. lib. Legito flaccũ ne de nostra diligẽtia quicq3 dubites. ¶ Sora ę. Italiæ oppidũ. Sil. lib. viij. Ducebat simul excitos, soręq3 iuuentus, Fulgebat telis, Sora etiã Arabiæ vrbs est, & soræ quidã Mauritaniæ populi sunt. ¶ Soracte Apulię mons qui soractes tis, masculine,

Phora. Sora. Soracte.

& sorax aliquando dictus est. Verg. æneī. xi. Summe deum sancti custos soractis Apollo. Sil. lib. viij. Et sacrū Phœbo soracte frequentant. Titubauit hic Petrarcha in. i. epist. ad Benedictū. Si dubitas nō paruus adest mons ille soractis Testis &c. ¶ Sorex mus. Seren⁹ Si pregnans artus captiui soricis edit. ¶ Soros. i. cumulus græce scribit̃ p ω mega, hinc soritæ sunt argumentatiōes cōnexę, q̄s vulgus de primo ad vltimū vocat. Capella li. ij. Soritas cumuli accessibus aggerans. Asclepia deū est. Idem. Pellax soritas cunctis sensim cōgeris. Iambicus trimeter habens more Comico in. ij. loco spondeum, vt apud Apuleiū in prima orone apologię. Nitelas oris ex arabico frugibus, mallem extra comœdiā iambum. ¶ Thorax cū th aspirato. Ver. in. vi. ænei. Bis sex thoraca petitū Perfossumcq; locis. ¶ Toranius viri pprium. Martia. lib. v. Torani potes esurire mecū, phal. est. ¶ Voraptus viri nomē. Vale. flac. lib. vi. Sancte mihi vorapte pater tua pectora nato Suggere.

Soritæ — Thorax. — Torani⁹ — Vorapt⁹

O an̄ s. — Prosa.

O Ante s pducitur, vt Ptosis. i. casus, hinc antiptosis, patebit in medijs. Prosa, Sulpitius dicit variari, cui nō credo, quia puto a nemine fide digno corripi. Auson. de numero ternario. Prosa Asię in causis nūeros mutata chororum. Cum Ausonio dixit bene Gamfredus in arte poetica. Legibus arctat̃ metrū sed prosa vagat̃. Moses in sat. xiiij. Iuue.

Exceptio.

Cosæ. — Cosira. — Dosis — Mosas. — Mosa

¶ Cosæ arum. vrbs Thusciæ. Verg. x. ęnei. Quicq; vrbē liquere Cosas, quis tela sagittæ. Salu. teste Seruio singulariter dixit cosa. ¶ Cosira vrbs Aphricę, & insula variat̃. Sil. xiiij. Et bellare tabas docilis cosiracq; parua. Ouid. fast. iij. Fertilis est melite sterili vicina Cosiræ. ¶ Dosis. i. datio excipit̃ a Nebrissensi, quia scribit̃ græce per o micron, vt ait. ¶ Mosas æ. viri pprium. Sil. xv. Decidit ense Mosæ, Mosa sæ. fluuij nomē, vide sequana e ante q. Mosella etiā fluuij nomen. Auso. Largus tranquillo plabitur amne Mosella. ¶ Mosini populi quidā Asię. Tibul. li. iiij. Quacq; hebrus Tanaisq; Getas rigat atcq; Mosinos, nec latet me a quibusdā legi magiuos. At Pris. in perihe. ait, Mossynicq; domos prebent, quis lignea tecta. Potior est Tibullus. ¶ Osiris is. vel idis. Iouis filius ex Niobe. Iu. sat. xi. Scilicet & tenui popano correptus Osiris, hic Tortellius male legit, pepono teste Nestore, nam popanū genus placēte est tenuis, vt apud græcos testis est Suidas. ¶ Osius viri ppriū. Claud. in ij. lib. cōtra Eutropiū, Hinc osius stetit, inde leo fiducia creuit. Osinius viri ppriū. Ver. x. ænei. Qua rex Clusinis aduectus Osini⁹ oris. ¶ Posui præteritū, Oui. Hęc sup imposuit. ¶ Posides, vide i an̄ d

Osiris. — Popanū. — Osius. — Osinius.

Pros corripit & significat ad, hinc ꝓsodia, ꝓseucha cū ch aspirato. Oratio q̄ fit ad deū, & locus vbi mendici rogāt, vt in plerisq; locis templi vestibulū. Proseucho significat intendo, attendo, adhibeo. Iu. sat. iij. Ede vbi cōsistas in qua te quero ꝓseucha. ¶ Prosymna cū y græco vrbs Argiuoꝝ. Stat. theb. iiij. Hinc armat Larissa viros, hinc celsa ꝓsymna, in hac multū colebat Iuno. Idē. theb. i. Iunonia templa ꝓsymnę. ¶ Prosopon, ꝓsopopeia, vide o ante p in medijs. ¶ Proserpina Plutonis vxor variat, licet ꝓductio sit acceptabilior. verg. i. Geor. Nec repetita sequi curet ꝓserpina matrē, sic cæteri ꝑter Horatiū semel tantū lib. ij. car. ode. xiij. Qꝫ pœne furuę regna ꝓserpinę. Et iudicantē vidimus Aeacū, versus sunt alcaici dactylici. Et pręter Senecā semel tantū in Hercule furente. Vidisti siculæ regna ꝓserpinę. Asclepiadeū est. ¶ Rosa. Oui. vrticæ ꝓxima sępe rosa est, hinc Roseus qđ a ros ꝓducit; vi rosidus. Ver. vij. ęnei. Qui rosea rura velint. ¶ Sosius bybliopolę nomen, fuerunt aūt sosij plures. Hora. in vlti. epist. lib. i. Scilicet vt ꝑstes sosioꝝ pumice mundus. Idem in arte. Hic meret æra liber sosijs &c. At Sosia serui comici nomē ꝓducit, contra quorūdam doctrinā, quia teste Tortellio scribit p ω mega, idq; verum esse facile dep̄henditur ex Terētio & Plauto, vt in argumēto amphitryonis. Habitu Mercurius ei subseruit sosię. Sic sosides Moschi filius, qui postea ab auo Menęchmus dictus est. Dicit vtrūq; a soso. i. cōseruo & custodio.

Prosœdia. Proseucha. ꝓsymna. Prosopō Proserpina. Rosa. Rosius. Sosia.

Ante t corripit, vt quotus, quotannis, quoties quotidie, q̄tidian⁹, q̄ duo tt ꝓductiōis grā q̄nq; admittūt vide reglam cōpositoꝝ de i & o. Philel. in. iiij. vi. Quottidie doctis possunt sermonib⁹ vti. Notus vetus sine aspiratiōe, nothus cum th aspirato, quē indocti bastardū vocant, Nota notę. i. signū, hinc notare cōtra primitiui naturā, si a nosco fiat, nā supinū notum ꝑ generalē regulā ꝓducunt, vt quę hinc fiunt notus participium. Noteo tes. notesco & notifico as. verba. Propert. lib. ij. Nec minus hęc nr̄i notescet fama sepulchri, q̄ fuerūt phthij busta cruēta viri. Oui. in. i. de pōto. Atq; modū pœnę notificare meę. Vergi. vij. æneι. q̄s dędala circe Suppositos de matre nothos furata creauit. Corripe itē Coturnix, otho, photinus tn̄ teste goudano. Lucre. in. iiij. nisi mēda sit ait. At capris adipes & coturnicib⁹ auget Otho. vide i añ t. Vitelli⁹, Botr⁹, botrys, botryo teste Nestore in Sulpitiū Goth⁹, gothia licet grece tt geminet, & ita possum⁹ (vt opior) ꝓducere. Auso. Hic possū victos iñ referre gothos. ꝓp̄ri nomē est cū th (aspirato.

O añ t. Nothus. Gothus

Exceptio.

¶Produc habētia duas cōsonantes ante ō vt clotho, plotę, plotiꝰ, plotia, prototomi casus, cōtra Nebrissensem, vide o ante t in medijs. Martia. Caluo plotia cū melanchione, phal est. & mulieris nomē. Hora. sat. v. lib. i. Plotius & varius sinuisse Vergiliusq;. viri nomē est. puto deduci a Plautio, vt clodius a claudio. Proteus. Horat

Proteus. Quo teneā vultus mutantē protea nodo. sic cęteri pręter senecā in hecuba dicentē Pelion regnū protei supbum. Sap. est. fuit deus ma

Protogenes. rinus. ¶Protogenes viri ppriū vel appellatiuū p generis primo

Prototomi. ptotomi p caulibus qui primo succidunt, sic cætera a protos. i. primus contra Alexandrū & Sulpitium qui ex Riga vel alio neoterico nō satis docto erroris occasionē sumpsere. Iuue. Protogenes ali

Protoplaustꝰ. quis &c. Colu. li. xi. Sed iam ptotomos tēpus decidere caules. Mar. lib. x. Et faba fabroꝝ prototomiq; rudes. Scotꝰ pducit apd' Clau

Bebelius. dianum & Sidoniū. Bebelius dicit scotinus corripi. ¶Tollūtur

Broteas. hinc Broteas viri propriū, vide e ante a. ¶Crotus. i. vir quidā

Crotus. inter astra relatus, de quo multa dicit Baptista Pius in Sido. in epithala. polemij vbi dicit. Falciferi Croton iresenis p summa polorum. Colu. lib. xi. Sed trepidus profugit chelas & spicula phoebus, Dira negat tergoq; croti festinat equino. ¶Crotō onis. vrbs in

Croton. sinu Tarentino a viro eiusdē noīs dicta. Oui. xv. met. Inuenit æsarei fatalia flumīs ora. Nec pcul hinc tumulū sub quo sacrata Crotonis Ossa tegebat humus iussaq; ibi mœnia terra. Condidit & nomen tumulati traxit in vrbem. Sil. lib. xi. Patefecit amicas alta cro

Crotalū. ton portas. ¶Crotalū. i. crepitaculū, instrumentū musicum quo in sacris vtebant ægyptij teste Tortellio. Calderinus in Martialem vult esse margaritas, quas in auribus portabāt mulieres vt sonitu delectarent, crotō græcis plausum significat, cronin pulsare. Ver. in coppa. Crispum sub crotalo docta mouere latus. In priapeis, Cymbala cū crotalis pruriginis arma priapo. ¶Crotopus vi

crotopꝰ. ri nomen, vide o ante p. ¶Crotiorus, vide o ante r. Proteruus dictum est in cōpositis a pro, Proteros in Mar. ¶Cotilꝰ viri no

Cotilus. men apud Martia. lib. ij. & alibi sæpe. ¶Cote es. vel cotes is. quia

Cote. scribit p ω mega teste Nebrissensi. Est aūt Mauritaniæ oppidum.

Iota. ¶Iota lræ græce nomen. Mart. in fine secūdi. Vnū de titulo tollere iota potes. potest tamē esse trisyllabū. ¶Lotos arbor, & in eā

Lotos. arborem versa nympha. dicit quoq; lotis idis, sunt qui velint herbam esse, notū est loti fructū esse suauissimū, quo victitātes populi quidā lotophagi dicūtur. Mar. lib. iiij. Nec plus lotos aquas littora myrtus amat. Pris. in situ orbis. Hospitijs gaudens gens degere lo

Lotium. tophagoꝝ. ¶Lotium. i. vrina, a lotus cōtra primitiui naturā cor

ripitur teste Laurentio Valla lib.i.ca.ij. Catul.tamen pduxit in hoc scazonte ad ægnatiũ. Hoc te amplius bibisse prędicet loti pro lotij, ita legunt doctissimi, & est sensus melior q; legendo lotus, licet ita habeant nõnulli libri. Si p t scriberemus cũ Philelpho otium excipiendũ foret, cetos p ω dicit diphthõgon nõ otos contra quosdã. Otium.
¶ Poto notum, hinc cõpoto &c. ¶ Potilianus viri nomẽ in. vi. lib. Martia. ¶ Photis idis, teste Bebelio. ¶ Soter eris.i.saluator p ω magnũ scribit, & est qñq; viri ppriũ, hinc soteria ę. salus. soterion salutare, soteria orum. dona amico data, quæ ipse p salute dijs vouit. Mart.lib.xij. Nam q̃ties surgis soteria poscis amicos. Potilian⁹ Soter. Soteria. Sotes.
¶ Sotes ę. viri nomen interpretat parcus. Asotos vero pdig⁹ est. Mart.lib.iiij. Sote filia clinici labulla Deserto sequeris clytũ marito Et donas & amas echis asotos.i.es pdiga, phal.est. Sotades viri proprium & carminis genus qd' sotadeũ & sotadicũ dicit. Mart. lib.ij. Nec retro lego sotadem cinędũ, phal.est. Idem lib. vi. Reum putatis esse sotadem nõ est. Scazõ est. Ausonius sic hexametrũ inchoat. Sotadicon. ¶ Totus Mart. Tota quidẽ ponat anas. Verg. in. iiij. gęor. synęresi vsus est dicens. Magnanimosq; duces totiusq; ex ordine gentis Mores & studia & ppl'os & prelia dicã. ita legit & declarat Badius. at corripiunt toties & totidẽ, testimonia facile occurrẽt. Sotades.
¶ Votienus viri nomen. Mar. lib. viij. docti patria narbo Votieni. votum nomen vt supinũ a voueo notum est. Votien⁹

O Ante u corripitur, vt ouis. Ouidius. Mar. li. vij O nullis Ouidi tacende linguis, phal. est. Prouincia pducitur quia a puinco est, q eam ppl'us romanus puicit.i. añ vicit, teste Festo. Ouare corripitur, hinc ouatus. Persius. Hinc illud subijt auro sacras q ouato Perducis facies, non accedo ijs qui ab ouũ hic deduci volunt. O añ u

Exceptio.

¶ Ouum. Horat. sat. iiij. lib. ij. Longa quibus facies ouis erit illa memento &c. Nouara pducit a Mantuano.

V Ante b corripitur, vt rubet, rubeo & teste Nestore rubrica, quia authoritas veter; nõ obest. dicit hoc contra Sulpitiũ, nec mir; si apud poetas nõdum breue legat, quia raro inuenit & pduci semp potuit. Claudianus li. iij. de raptu pserpinę. En ora fatiscunt Vulneribus grãdisq; rubent in pectore sulci. Ideo Sabellicus docet corrupte legi apud Papi. lib. iij. syl. Qualia pallentes declinãt libya culmos. Rubentesq; rosę primos moriuntur ad austros, ita etiã habet in Papi. Haloini nobilissimi, sed mẽ V añ b Rubrica. Rubeo.

dose quia vt recte docet Sabellicus legendū est. Rumpentesq; rosæ id est tum primū erumpentes & florere incipiētes. rubus. Serenus. Mandit apta rubus gingiuis & bona labris. Rubi orum. italię vic9 vel oppidulū. Hora. Inde rubos fessi peruenimus, hinc rubea vimina pfiscellis afferebant. Verg. Nunc facilis rubea texat fiscina virga. Hora. quidā male hñt in rubos &c. ¶ Iubar. Ver. de ortu solis. Et clarę emicuit sole oriente iubar. Menda est ibidē quū dicit. Tithoni cōiunx roseo sub lumīe iubar. Inficit & cęlum luthea sydereū recte. oret solem, Phœbū aut qd simile. Notat id Badius grāmaticus diligētissimus & doctissimus. Subucula. Hora. Occurri rides si forte subucula pexę Trita subest tunicę.

Rubi. Iubar. Subucl'a

Exceptio.

¶ Produc b vel n ante u. vt Bubo, nubo, sed corripe bubulcus & q ante docuimus, pnubus, innubus. Connubiū v̄o variat a Vergilio & alijs. Verg. in. i. æneí. Cōnubio iungā. Oui. i. met. Nec qd hymen, qd amor, qd sint cōnubia curat. ¶ Glubo is. verbū tertię. i. corticē detraho, vnde & pecus glubi dicit quū pellis detrahit. Cato de re rust. salictū suo tpe cędite glubito atq; alligato, librū cōseruato, hinc deglubo. Sueto. in Tyberio. Boni pastoris esse tōdere pec9 nō deglubere. Auso. metaphoricos de impudicissima muliercula dixit. Deglubit, fellat, molit p vtrāq; cauernā, hic molit passiuū est a molo, qd' aliqñ metaphoricos capit in venereis. ¶ Huber fixum & mobile, hubertas inhuber, huberare, exhuberare, hubertus. i. abūdans, aliqñ est viri pprū, oīa cū aspiratione teste Geor. valla. Verg. binos alit hubere fœtus. ¶ Iubilū qd' ex gaudio voce nec tamē verbis exprimit, hinc iubilo as. verbū. Sil. lib. xiiij. Et lętus scopulis audiuit iubila cyclops. Calphur. eclo. i. Non mōtana sacros distingūt iubila v̄sus. Faustus eclo. iiij. Iubilat oīs ager vocemq; ad sydera iactat. Iubileus & p o iobileus aliunde est. vt in. i. æneí. docet Sabellicus, ideo non rephendo Petrarchā dicentē in. ij. epist. ad Clęmentē sextum. Et iubileus erit scis qd loquor annue tādem. ¶ Lubricus & lubrico as. testib9 Nestore, Sulpitio & Nebrissensi quia correptionē nondū inuenerunt, nec corripiā donec inuenero. ¶ Pubes, pubesco, pubertas, vnde impubis &c. Verg. Pubetenus virgo. ¶ Rubigo ferri & segetis vitium. Hora. Iuppiter vt pereat positū rubigine ferrū. Verg. i. geor. Exesa inuenies scabra rubigine pila. Claud. in. iij. de raptu pserpinę. Deficiunt riui squalent rubigine prata. Sic rubigus q & robigus apd' Martialem, nō rubigine cū Nestore, sed erugine cū Sulpitio lego in. ij. li. sic. Vteris

Connubium. Glubo. Hubere cum suis Hubert9 Iubilum. Iubilo Lubricus Pubes. Rubigo.

ore aliter nimiaq; rugine captus Allatras nomen qđ tibi cuiq; datum est; quãobrem censeo nõ imitandũ nec in hoc nec in pluscul viꝶ alioqui doctissimũ Prudentiũ dicentẽ in psyco. Condere vagina gladiũ ne tecta rubigo. ¶ Suber. Persius. Vt ramale vetus vegrandi subere coctũ. ¶ Subula instrumentũ cerdonũ. Mart. li. iiij. Q đq; tibi tribuit subula fica rapit. ¶ Subulo onis. lingua thusca significat tibicinẽ. Auso. Peruersę veneris postico vulnere fossor. Lucilli vatis subulo pullo primor. Subulones q̃q; cerui q̃bus sunt cornua simplicia minimeq; ramosa ad subularꝫ similitudinem. ¶ Tuber neutri generis fũgi spẽs. Iu. sat. v. Fumat aper post hũc radũt tubera si ver Tũc erit, metaphoricos tubera dicũt tumores rotundi in q̃cũq; corpore, diminutiuũ est tuberculũ, hinc nomen & vbũ tubero, vñ extubero as. Tuber vo tuberis feminini generis arbor. q̃dã est & illi⁹ pomũ. Mar. in xenijs. Lecta suburbanis mittũt a pyrina ramis, Et vnę tuberes, qd tibi cũ Libycis. Nestor dixit masculinũ esse. Ego iuenio vbiq; in fœminio genere vnę nõ vni. — Suber. Subula. Subulo. Tuber.

v Ante c pducitur, vt mucus, lucania, Lucanus apud Horatiũ, & alios. quare minus perite dixit Petrarcha in. iij. aphricę. Fama dedit nomen simili pietate Lucanas Strauit opes Lucilius &c. — V añ c.

Exceptio.

¶ Corripe hñtia c vel n vel r añ u. vt cuculus, nucleus, trucido qđ cõpositione notũ est, fit eñi e trux trucis & cędo. Lucre. li. vi. Ignẽ cõtinuo magno clamore trucidat. ¶ Tollunt hinc Cucubo as. qđ noctuarꝫ est. autor philomelę. Noctua lucifuga cucubat ĩ tenebris. Cucurio is. qđ galloꝶ. Idem. Cucurire solet gall⁹ gallina gracillat Nuceria cãpanię oppidũ. Sil. li. viij. Illic nuceria &c. ¶ Ducarius viri ppriũ, forsan a dux ducis. Sil. li. v. Aduolat ora ferox mentẽq; ducarius acri &c. Duco as. vñ educo nutrio. Catul. Nũq; se extollit nũq; mitẽ educat vuã. Duco tertię pducit, sed dux ducis corripitur. ¶ Ducenti, duceni. Mar. li. xij. Deinde ducẽta sonas & ais nõ esse minoris. Nescio an mẽda sit apđ Mantuanũ, quẽ certe nõ imitabor, vbi ait. Ducẽtos quadraginta sup (nisi fallimur) annos. ¶ Fuca ę. Colu. lib. xi. Ponit & lactis gustus q̃ condiat herba Deiectura quidẽ fronti data signa fucarꝫ. de herba lepido loquit deijciẽte signa & hulcera cicatricũ, hęc & plura in Columellã Fortunatus. Fucus sine dubio pducit. ¶ Lucrũ. Verg. Sperne lucrũ, sic lucror lucellũ. ¶ Lucrinus lacus Campanię a lucro dictus, pptet multitudinẽ pisciũ qui ibi capiebant. Mart. li. iij. Ostrea tu sumis stagno saturata lucrino, Sugitur inciso mytilus ore mihi. — Cucubo. Cucurio Nuceria. Ducari⁹. Educo. Ducenti. Fuca. Lucrum. Lucrinus

Lucretius Lucretia. ¶ Lucretius viri nomen. Oui. in amoribus. Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti. Exitio terras quũ dabit vna dies. ¶ Lucretia mulieris nomẽ masculini mensum seruat, ideo recte dixit in. iiij aphricę Petrarcha. Quis fuerat celebri spectata Lucretia phama.

Lucerna. ¶ Lucerna cõtra primitiui naturã quia a lucendo dicit. Mart. lib. x. Seras tutior ibis ad lucernas, phal. est.

Lucretilis Luceres. ¶ Lucretilis mons in Sabinis. Hora. i. car. ode. xvij. Velox amœnũ sæpe lucretilem, versus est alcaicus dactylicus. ¶ Luceres romuli milites, variat. Oui. iij. fast. Quosq; vocant rhamnes luceribusq; dedit. Proper. li. iiij. Hinc taties rhamnesq; viri luceresq; coloni. at Luceria oppidum pducit. Hora. lib. car. iij. ode. xv. Tonsę luceriã nõ cytharę decẽ. Asclep. est.

Mucro. ¶ Lucumo vide u ante m. ¶ Mucro cuspis, & acumẽ ensis & telorum, & ipse ensis. Nestor dicit corripi.

V añ d Ante d pducitur, vt rudus apud Colu. in. xi.

v Cudo cõtra Alexandrũ. Verg. iiij. Gęor. Excudunt cęras & mella tenacia fingunt, in eodẽ lib. menda est. Omia tẽtanti excuderat p extuderat, ab extũdo vt notauit Badius. similiter in viij. æneí. Excuderat scilicet p extuderat.

Exceptio.

Ludouicus. Rudis. ¶ Pudet, pudor, pudens, cõmune & ppriũ pudicus, pudicitia. Oui. rapuitq; pudorem. ¶ Ludouicus a neotericis variat ¶ Rudis mobile & fixũ, vt Ennius ingenio maximꝰ arte rudis. hoc est apđ Oui. in. ij. de trist. Hora. Spectatũ satis & donatũ iam rude quęris.

Rudens Rudo ¶ Rudens funis nauticꝰ. Ver. in. i. Insequit clamorq; viꝶ stridorq; rudentũ. ¶ Rudo is. Seruius vult naturaliter pduci, tu ppter authoritatẽ Vergilianã dicas variari. Verg. vij. æneí. Sera sub nocte rudentum. Oui. in iij. de arte. Vt rudis a scabra turpis asella mola. Persius. Findit arcadiæ pecuaria rudere credas.

Rudiæ. Rudinus ¶ Rudiæ arum. Ennij patria. Sil. lib. xij. rudię genuere vetustę. Nunc rudię solo memorabile nomẽ alũno. ¶ Rudinus viri pprĩũ apud Ausoniũ. ¶ Sudes vide stypes i ante p. ¶ Studeo studiũ. Hora. in arte. Qui studet optatã &c. ¶ Trudes is. cõtra primitiui naturã quia a trudendo dicit. Ver. v. ęneí. Cõsurgunt nautę & magno clamore morant. Ferratasq; trudes & acuta cuspide contos. Expediũt, fractosq; legũt in gurgite remos. Perticę sunt ferro munitę quibus naues detrudere solent, vt videbis apud Vergiliũ Badiana diligẽtia illustratum.

Tudito Tuder Tudito. as. lucri gratia negocijũ ago. Ennius. Nec tuditantes rem cessant extrinsecus vllam. ¶ Tuder eris. oppidũ Vmbriæ neutri generis. Sil. li. vi. Vertice mõtis Deiexũ lateri pendet tuder

atq; vbi latis. Dicitur etiã tudertum i. hinc adiectiuũ seu denominatiuũ tuders tis, vt a tyburs, qđ male quidã putarunt ipsum oppidum significare tacentes de tuder. Idem lib. iiij. Et gradiuicolã cęlso de colle tudertẽ. ¶ Præteritũ contudi in generalibus patuit.

Ante f pducitur, vt buso, rufus, rufinus, Mart. V añ f.
v Roma magis fuscis vestitur gallia rufis, vbi autẽ Nestor legit. Quiq; rhipas betulumq; tenent, impressio badiana (quã cæteris solemus preferre) habet tam in lr̃a q̃ in cõmentarijs. Quiq; rufas batulũq; tenent quæ lectio an vera sit nihil assero, si vera est, necesse est hic excipe rufę arum. p castello italię, nec exciperetur betulum in e ante t. quia hic batulũ legit cum a ante t. Rufæ.

Ante g pducitur, vt rugio, qđ propter philo- V añ g
v melę authorem corripi nõ decet, est em̃ indignus quẽ cõtra oim veteꝶ authoritatẽ sequamur dicentẽ, Tygres indomitę rancant rugiuntq; leones. Buglossa pducit tantũ, teste Nestore. Mugilis piscis. Catul. Percurrẽt rhaphaniq; mugilesq;, phal. est. Lugeo, Oui. i. met. Luget vt amissam, mẽdum est in viij. aphricæ. Q̃ nostrę vulnera gentis Nunc lugeo p doleo. Rugio.

Exceptio.

¶ Corripe habentia f vel i vel p ante u. vt fugo, fugio, jugũ, pugil, pugillus. Tolluntur hinc fruges, frugi, frugalitas, quicqd hinc fit. Iu. sat. v. Ventre nihil noui frugalius. ¶ Iugeꝶ iugere in heteroclitis patebit. Sedul. lib. ij. Iugibus hoc votis hoc nocte dieq; ꝓcemus, sic cæteri. Ideo eundẽ non sequar hoc nomẽ sæpe corripientẽ, vt li. i. Sceptrũ iuge gr̃ia cõsors. & li. iij. Quę dño miserante iuges. In eodẽ. Et quotquot tetigere iugem sensere salutẽ, Pugio teli genus. Marti. in apo. Pugio quẽ curuis &c. ¶ Pugillaris & hoc pugillare vel pugillar variat, qa nõ solũ Prudẽtius corripuit, vt male dixit Bebelius. Iu. xi sat. Nec pugillares defert in balnea raucus. Testicros, hic adiectiuũ est. Auson⁹ ad notariũ. Bipatẽs pugillar expedi. hic corripit q a ꝟsus est iãbicus dimeter. Prudentius. Vñ pugillares soliti pcurrere cęras. Sunt pugillares tabellæ in qbus scribimus. ¶ Tuguriũ. Verg. in buco. Pauperis & tuguri congestũ cespite culmẽ. Tuguriũ

Ante l corripit, vt hululo as. vlula auis nomẽ. V añ l.
v Notentur geminata vt bulla, quod tamẽ Gęorgius vni co l scribit bula.

Exceptio.

¶ Produc habentia f vel g vel m ante u. vt fuligo, guliocę iuglandiũ putamina. Mulus mula. Sed corripe fulix vł fulica auis nomẽ

gula & mulier. Anienus in Arato. Et quũ parua fulix trepido volat arua volatu Stagna sinens. Verg. In sicco ludunt fulicę, cætera satis nota sunt. ¶ Bulimeon fluuij nomẽ, Pris. in perihegesi. Bulimeon pariter p̄stringens littora currit. ¶ Bule. i. consilium.

Bulimeõ

Bule.

Culus.

Culeus.

¶ Culus author priapeorum. Et qd' nos culũ culion ille vocat. hic culeus est testiculus vel testiculorum sacculus, veluti apud Mar. Quum depilatos chreste culeos portas, scazon est, quãdo corripit coleus dicit, vt in o ante l dixim⁹. Culeus etiã est vter in q̄ scelestissimi claudebant cum simia serpente & gallo, vt apud Iuue. vide simia i ante m. interp̄tat apd' nos. vagina. Dicit quoq; p o coleus, & sic prima corripit vt docet Nestor p Homerum in. i. iliados. Idem cõtra Tortelliũ & Gasparinũ docet vnico l scribi, & græcũ esse, cõtra ineptulos qui crediderant a claudo deriuari. ¶ Dulia & quicqd est a dulos. i. seruus, quia græce δουλεια per ου diphthongon scribit teste Calepino, vide in medijs i ante l. ¶ Dulichiũ cum ch aspirato in maleaco mari insula, hinc Dulichius. a. um. vide same a ante m. dicitur quoq; dulichia ę. Proper. lib. ij. Quũ tetigit charę littora dulichiæ. ¶ Iulius. Vergi. Iulius a magno &c. ¶ Iulianus & Iuliana hominũ ꝓpria, & potest a Iulius esse possessiuũ Iulius a. um. vt lex iulia, & iulianus a. um. Mart. lib. iij. Si tẽperari balneũ cupis feruens Faustine qd' vix Iulian⁹ intraret. Scazontes duo sunt. Quidã male corripuit, emẽdabit si sapit. ¶ Pulex tantũ ꝓducitur a doctis, nã qui corripuerũt indigni sunt quos imitemur contra Nestorẽ, Sulpitium, cęterosq; neotericos. Mar. in apo. Defendit manus hęc scapulas mordẽte molesto Pulice vel siqd pulice sordidi⁹. Pulex etiã vermiculus est brassicis infestus ac alijs quoq; hærbis. Colu. lib. xi. Paruulus aut pulex irrepens dente lacesset. In quinto Manilij similiter ꝓducit, licet mẽdose videat corripi. Nunc videamus qui corripuerunt, an ne vt ignaui chœruli sint e poetarum cœtu abigẽdi: sunt certe, nã pulicis authorẽ nõ Ouidiũ, sed alium nõ poetam, sed ne idoneũ quidem satis versificatorẽ fuisse inconfesso est. is male ait. Parue pulex & amara lues inimica puellis. Macer de viribus hærbarũ. Non metuet pulices istoq; fugant odore. Sic plures indocti quorum ineptijs etiã doctissimi quidã decepti sunt, nam Philelphus in vi. iiij. pulex corripuit, & Faustus Philelpho nõ indoctior ecloga iiij. Quid breuis iste pulex, quid vilis homũcio possit. ¶ Pulyp⁹ & pulydamas vide o ante l. Polypus, pulus, pulastra teste Georgio valla, nam pullus. i. niger l geminat. ¶ Thule. Iu. sat. xv. de cõducendo loquit. Iam rhetore thule. insula est de qua nõ nihil in i ante l thyle dictum est. ¶ Vligo inis, humor terræ, Sil. viij. Et quos pe-

Dulia

Dulichium.

Iulius.

Iulianus.

Pulex

Pulus.

Thule.

Vligo.

stifera põtini uligine campi. Maro.ij.Geor. At quę pinguis hum⁹, dulciq; uligine lęta. Sulpiti⁹ dicit ap̃d eundẽ corripi cui⁹ nõ occur rit testimoniũ, ne corripias nisi inueneris. Bebeli⁹ dicit ulus ꝑduci. Bebelius

V Ante m ꝑducitur, ut humanus, humor, humeo, humecto, & quæcunq; hinc fiunt. v añ m.

Exceptio.

¶ Corripe habẽtia c vel n vel ti ante u, ut cumulus, numantia, licet a Petrarcha in.ij.lib.epi. ꝑducaẽ Numisma. Marti. Cur data sunt equitibus qnq; numismata quare. Male igiẽ dixit Riga in Luca. Cęsareũ numisma videns qđ mõstrat hebræus. Græce nomisma dicitur a nomos.i.lex. Nũmus undecũq; dicaẽ positu ꝑduciẽ tantũ, licet quidã sine veteꝝ authoritate ꝑpter grãmaticoꝝ deriuatiũculas ausus est corripe, apud me ꝑfecto nihil valuerit grãmaticorũ uoluntas, contra poetaꝝ cõem usum. Numa Numanus, tumeo, tumulus, tumultus. ¶ Tolluntẽ huc Cume es. vel Cumę arum. cãpanię urbs. Horat. Non mihi cumas est iter. Stat. v.syl. Collis et ausonij pridẽ laris hospita cume. ¶ Numen. Oui. si flumina numen habetis. Numacius. Mar. lib. x. Simplicior priscis numaci gal le sabinis. utrũs est ꝑprij nõis. ¶ Struma, tumor & morbus, qui a scrophis eũ frequenter patientib⁹ scrophula diciẽ, hinc strumosus Iu. Strumosum atq; utero pariter gibboq; tumentẽ. Est etiam uiri ꝑpriũ aut de viro ꝑ opprobriũ dictum. Catul. Sella in curuli struma nonius sedet. iambicus trimeter. ¶ Numella vinculi genus Lucre. lib. vi. hæc numella videẽ, est finis uersus.

Numisma. Cume Numen. Numacius. Struma. Numella

Subexceptio.

¶ Humus, humilis, humerus notata sunt cũ deriuatis. ¶ Pumilo vel pumilio & pumilus, cuius fœmininũ pumila.i.pygme⁹ & pygmęa inueniẽ quoq; hic & hæc pumilis. Papi. syl.j. hic audax subit ordo pumilonũ. Ibidẽ. Miraẽ pumilos ferociores.phal. sunt. Mar. in apo. Parma tibi scutũ pumilionis erat. Colu. Pumiles aues nisi quę humilitas eaꝝ delectat nõ probo. dicunẽ quoq; ꝑ o pomilo, pomilus &c. ¶ Rumex hærba. Verg. in Moreto. Fœcũdusq; rumex malue violæq; virebãt. alij habent inulę nõ violę. Est quoq; teli gen⁹ teste Festo apud Lucilliũ. Tum sparatũ rumices portanẽ tragula porro. Petrar. corripit secũdam cũ prima in rumentum.

Pumilo vel io & pumilus. Rumex.

V Ante n producit, ut munio, cunæ &c. male ergo qui dixit. Dic patribus muniant urbẽ dic mœnia firment. Idem male ait. Frater & hũc iuxta iunior, frons ipsa fatetur Arguũ, Cuneus, funis, luna &c. v añ n.

Exceptio.

¶Cuneus instrumentū quod ad scindēda ligna adhiberi solet, huius prima pars acutior est. Verg. Nam primi cuneis scindebāt fissile lignū. ꝑ translationē Cuneus est peditum multitudo in cuneiformā redacta, hinc cuneatus a. um. excuneat⁹ &c. vt cuneatum theatrum &c. ¶Cuniculus anīal notū, & foramen subterraneū, ex ꝗ vapor trahit in balnearibus vaporibus, qđ Festus neutro genere cuniculum dicit. Mart. in xenijs. Gaudet in effossis habitare cuniculus antris, sic cæteri in quouis carminis genere. ¶Tunica notum est. Mart. Et laxas scombris sæpe dabis tunicas.

Cuniculus.

V añ p v Ante p corripitur, vt duplex, stuprum. Iuppiter autē geminat pp. vt supparus, & si Georgio vallę credas stuppa. tu videto quæ diximus in styppa i ante p.

Exceptio.

¶Produc habētia vel n vel p vel r ante u. vt nuper, pupus, rupes. ¶Pupus est puer paruulus ac tenerior. & pupa similis puella: hinc imagūculas puellares pupas vocamus, diminutiua sunt pupulus, pupula, hinc itē pupillus pupilla, ꝓ ijs qui extra potestatē pr̄is sub tutoribus esse ceperunt, hinc quoq; pupula & pupilla ob paruitatem dicta est oculi particula, scribunt oīa vnico p. vt videbis ex Nestore & Calepino, & deriuatio satis declarat. Nihil autē horum corripit a fide dignis, licet grāmatici dicāt pupilla variari, vellē Sulpitius aut alius dicta sua reiectis chœrulis, ex dulcissimo veterū auctoritate ꝓbaret. Ausoni⁹ in cōpositis a pes & gonios atq; nōnull' alijs, a doctissimis defecit, ideo nō imitabor hunc dicentē. Barbara quæ latias vincis alumna pupas. Mart. Pupam se dicit Gellia quū sit anus. Persius. Dicite pontifices in sacro quid facit aurū. Nempe hoc qđ Veneri donatę a virgine pupæ. Catul. Deprēdi modo pupulum puellę. phal. est. Varro. mammā lactantis sugentē pascere pupum. Hora. in. i. epist. Piger annus Pupillis quos dura ꝓmit custodia matrū. Persius. O si sub rastro crepet argenti mihi seria dextro Hercule pupillū ve vtinā quē proximus hæres. Impello expūgam, sic cæteri poetę. Nam Rigā reliquosq; latinitatis euersores nō pili facimus. Manil. lib. iiij. Paruula sic totū ꝑuisit pupula cœlum Verg. in culice. Ac senioris erat naturę pupula telo Icta leui. Lucre. lib. ij. Et quoniā plagę quoddā genus excipit in se. Pupula quū sentire colorē dicit albū. Idem lib. iiij. Et quasi ꝑterget pupillas atq; ita transit, sic cęteri quotquot sunt fide digni, ergo cōtra Bebeliū & alios dicas tantū ꝓduci, qđ si Baptista vel alius inter neotericos egre

Pupus. Pupa. Pupulus Pupillus. Pupula. Pupilla. Ausoni⁹ Bebelius.

gius corripuerit, non imitabor, quia per grāmaticos deceptus est, aut neotericos poetastros nō veteres imitatus, siqui cōtra sentiant vincant me veterꝝ authoritate, qui puritatē latinę linguę custodierunt, & auxerunt nō violauerunt, id si nequeant mecū sentiant necesse est. ¶ Scrupulum quoq; ꝑduci tantū contra Nestorem docuimus in scrypulū i ante p, quia ꝑ correptiōe citat Nestor ridiculos poetrastos vt illic vidim⁹. Scrupus lapillus breuis, qui pressus sollicitudinē creat, vnde scrupulus ꝑ difficultate & sollicitudine capitur, hinc scrupeus, scruposus & scrupulosus, quæ oīa ꝑduci tātum dicimus, licet neotericoꝝ forsan nōnulli corripuerint, q̄s carpendos dicimus nō imitandos. Luca. li. v. Scruposisq; angusta vocant vbi littora saxis. i. asperis. Verg. li. vi. Spelūca alta fuit vastoq; immanis hiatu Scrupea tuta lacu nigro. sic Seneca rufus &c. vnicū corripit Rupilius viri ꝑpriū. Horat. sat. vij. Proscripti regis Rupili pus atq; venenū, ꝑ rupilij per apocopen. ¶ Cupa vnico p teste Nebrissensi olim dicebat caupa, hinc caupo onis. vide Calepi. & interpretes Lucani in hūc versum lib. iiij. Nāq; ratem vacuæ sustētant vndiq; cupæ. ¶ Cupennius viri ꝑpriū. Hora. sat. ij. Nolim laudarier inqui. Sic me mirator cunni cupēnius albi. ¶ Stupa, vide i ante p. ¶ Vpilio, vide o ante p. opilio. ¶ Vpupa tamen corripit contra Bebeliū & plures, vide e ante p Epos. ¶ Vfens ad f ꝑtinet quia latinū est. Verg. atq; in mare cōdit vfens. fluuij nomen est & viri. Pupugi ꝑ regulā generalem corripit.

Scrupulum. Scrupus. Scrupulus. Rupilius. Cupa. Cupēni⁹ Vpupa.

V Ante r ꝑducitur, vt curia, curio onis. Luca. li. i. Audax venali comitat curio lingua. Furius viri nomē. Catul. furi & aureli comites catuli. Sap. est. Nō credo Bebelio qui dicit variari, nisi correptiōis egregiū testimoniū videro: nam Mart. etiā in vi. ait. Tu si furius antedictus esses, phal. est.

V añ r.

Exceptio.

¶ Curius viri optimi nomē. Iu. Qui curios simulāt & bachanalia viuunt. Apud Propert. in quibusdā libris mendose legit Curius ꝑ curtius li. iij. Curtius expletis statuit monumēta lacunis, hic Curtius teste Beroaldo interprete, lacū significat qui erat in foro romano, a Curtio viro forti dictus. ¶ Cures sabinoꝝ oppidū. Persi⁹ Diues arat Curib⁹ q̄tū nū miluus oberrat, hinc curetis teste Beroaldo in illd' Prop. li. iiij. Quid tū roma fuit tubicen vicina curetis, Quū quateret lento murmure saxa Iouis, hinc q̄rites dicti putant Itaq; dic tubicē curetis. i. a curib⁹, nō curetis iouis, nā curetes ꝑ Cretę populis & Iouis sacerdotib⁹ ꝑducit tantū. Ver. iiij. geor. Curetū sonit⁹ crepitātiaq; ora secutę. Mar. li. ix. Curetes texere louē crepi

Cures Curetis Curetes

tantibus armis. Sil. lib. ij. Cres erat grisonis curetū aduectus ab antris. Oui. iiij. met. Vult natos esse e largo imbri dicens, largoq; satos curetas ab imbri. puto singulare esse cures etis. Curetes quoq; ppli sunt Dalmatię, & sic curetes corripit. Luca. li. iiij. Illic bellaci cōfisus gente Curetū. ¶ Curulis. Stat. iiij. syl. Exultent leges latię gaudete curules. hic fœmininū est p sedibus qbus in curru mgratus vehebant. masculine qq; ipsi mgratus aliqñ curules dicti sunt, dicit qq; in neutro genere curule. Hora. Cuilibet hic fasces dabit eripietq; curule. hoc alij a curru extrito, alij a curibus deducūt, nobis satis est recte mēsum docuisse. ¶ Duraton ōnis. montis ppriū. Mar. li. iiij. Et scm duratōis ilicetū, phal. est. ¶ Durius lusitaniæ fluuius. Sil. lib. i. hinc certant pactole tibi duriusq; tagusq;. Strabo duriā appellat multi doriam. ¶ Furo is. furio is. furio as furor furia ę. Luca. Quis furor o ciues. ¶ Muria genus liquaminis. Persius. Tingit holus siccum muria vafer in calice empta, dicit etiā muries ei. ¶ Murius murio teste Badio in Sulpitiū. Murinus a. um. puto pduci tantū vt sit possessiuū a mus muris. Martialis tamē corripuit cōtra primitiui naturā si vera est lectio Domitiana li. ix. Cāpis diues Apollo sis Murinis, vsus est phaleucius, vide Domitiū, quia multa dicit, caute pspicias priusq; imiteris, vide annotatiões Beroaldi, Politiani &c. an huic lectioni cōtradicant, illorū scripta nunc apud me nō sunt, ideo ad illos remitto studiosum lectorē. E plurimis verbis Domitij sufficit nūc hæc subiecisse. Cāpi murini dicunt campi Apollinis sminthei, syllabā a primitiuo mutat a mure murinus corripit qd dandū est poetæ in vbo qd recens p sminthęo deriuauit quis Plinius hordeū murinū dixerit a muribus, hæc & plura Domitius, q diligēs videre volet, nō contētus nr̄is, id qd summe laudo. ¶ Nurus. Oui. xi. met. Ecce nurus, ciconū &c. Maffęus videt pduxisse sed in pluribus a veteribus recessit. Nolito igit imitari, quia forsan mendosus est eo loco li. quē xiij. ænei. esse voluit. Hæc inter matrū innūera nuruūq; caterua &c. sed legendū est nuruū. ¶ Spurius qui incerte patrenatus, est a spirin. i. seminare qa scilicet nihil aliud de prē q; semen affert, grecū est nec a spurcus deriuat, vt indocti sompniarūt. hinc versiculos incerti authoris spurios vocamus. Auso. ad Vrsulum grāmaticū. Quiq; notas spurijs versibus apposuit. ¶ Turius viri nomē. Hora. sat. i. lib. ij. Grande malū Turius si qs se iudice certet. ¶ Thuris is. viri pprium. vide Maris, a anter.

Curulis. Durattō. Durius. Furo. Murio. Murius. Murinus. Nurus. Spurius. Turius. Thuris.

V ante s producitur. vt Pusio, musa &c.

Exceptio.

Fusino. ¶ Frusino onis. italiæ oppidū & illius pplus. Iu. sat. iij. Optima so-

rę aut fabrateriæ dom⁹ aut frusinōe paraṫ. Sil. xij. bellator frusino.
¶ Pusillus licet pusio & pusus, vnde putaṫ deduci, ꝑducatur. Iu. sat. nec vnq́ꝫ Sanguine causidici maduerūt rostra pusilli. apud Hora. Rufam aut pusillā appellet &c. puto legendū, rufam aut rufillā &c
¶ Susanna æ. ꝓpriū mulieris quā falso adulterij accusatā liberauit Daniel. Claud. ad Iacobū mgr̄m equitum. Sic tibi det vires sancta Susanna suas. ¶ Susurrus vel um. vnde susurro nomē & verbū. Hora. lib. i. car. ode. ix. Lenesq́ꝫ sub noctem susurri. Iambicus dimeter hypercatalecticus. Ouid. lib. vij. meta. Procrin adit' linguaq́ꝫ refert audita susurra.

Pusillus

Susanna

Susurr⁹

V Ante t in dissyllabis ꝑducitur, vt brutū aīal rōnis expers; hinc brutus a. um. ꝓ stolido & beluto. hinc brutij quidā Italię populi q̄si bruti & osceni. Persius. Ast vocat officiū trabe rupta brutia saxa. Prendit amic⁹ inops Sic brutianus, Brutus etiā ꝓpria viroꝝ, & verbū brutescere, obbrutescere Scutū tamē vndecūq́ꝫ sunt scutula, scutulatus corripiunṫ. Iu. Cerulea indut⁹ scutulata & galbana rasa. Tutor aris. vnde tutela etiā ꝓ oppido q̄dā ꝑduciṫ a Mart. li. iiij. epig. Nuto as. apd' Sill. in. i. male poniṫ nutātia ꝓ micātia, qd' nō poete sed chalcographoꝝ vitiū est.

V añ t.

Brutij

Exceptio.

¶ Cutis. Persius ego te intus & in cute noui. Petrar. Non venit cutis e vitio q̄ ruga senilis Caniciesq́ꝫ premat. ¶ Frutex. vnde fruticō &c. Oui. i. met. Domus antra fuerūt, Et densi frutices & iunctæ cortice virgę. ¶ Lutum cœnū. vide e ante s rhesina. hinc luteus & lutosus & lutatus. At luthū cum th aspirato nomen græcū coloris ꝑduciṫ. hinc lutheus & lutheolus. de significatiōe & deriuatione vide Nestorē. Verg. in Buco. Croceo mutauit vellera lutho. Idem Mollia lutheola pingit vaccinia caltha. Persius. Surgit tacite tibi luthea pellis. Iuue. aūt syneresi vsus est dicēs. Gladiosq́ꝫ parante Incudē & lutheo vulcano ad rhetora misit. Sunt qui putāt apud Tibullum lutheū corripi sed syneresin nō attendunt, tantū ergo ꝑducamus. ¶ Muto onis. mēbrum virile, non aūt (vt indocti credūt) aries, & variaṫ quia mutoniatus. i. mentulatus inueniṫ corripi. Horat. sat. ij. Huic si mutonis verbis mala tāta videnti Diceret hęc animus. Lucil. Mutoni lachrymas tum læua absterśit amica. Mar. lib. iij. Dormis cum pueris mutoniatis, phal. est. sic in priapęis &c.
¶ Puto verbū, puta verbum & aduerbiū. Catul. ad Furium. Noli spernere nec putare parui, phal. est. nota constructionem.

Cutis.
Frutex
Lutum
Luthum

Muto

Putris Putror ¶Putris. Papi. i. theb. lacera ora putrescq; Sãguineo videt imbre genas. hinc putres, putror nomẽ &c. Idem. iiij. syl. Deterges sterilis soli putrorẽ, phal. est. At putor. i. fetor, pducit vt primitiuũ puteo. A putreo quoq; fit putredo. Oui. in. i. de ponto. Estur vt occulta vitiata putredine nauis. ¶Vter vtra vtrũ, vnde aduerbiũ vtrum, p an, similiter correptũ, nota sunt hæc. sed dubiũ est de vter substantiuo tertię declinatiõis. Nebrissensis (cui suffragor) credit corripi, quia vterus hinc deductum corripit. ¶Vti pro vt aduerbiũ est & corripitur, vti ab vtor pducitur.

Vter

Vti.

V ãn t. v Ante t in polisyllabis corripit, vt Ruteni populi notent e lõgis, quia pducunt vt vtilis ab vtor, glutinũ, glutino as. a gluten. brutidus a bruteo, & hoc à brutus, hinc Brutidius secũdę declinatiõis, viri pprĩu in. x. Iu.

Exceptio.

Buteo ¶But eo onis. auis ex accipitrũ genere quã græci a numero testiũ triorchen appellant. Orchis apud græcos testiculus est author Philomelę. Atq; paludiferis buteo bubit aquis, nõ est mihi alteri⁹ poetæ testimoniũ. ¶Futio is, hinc effutio & nomẽ futilis. Hora. Effutire leues indigna tragœdia versus. Manil. li. i. Nunc; futilibus excanduit ignibus æther. nota pẽtemimerim. ¶Glutio is. vnde deglutio. i. deuoro. Iu. sat. iiij. Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus Induperatorem. ¶Glutius viri pprĩu in. vij. v. Philelphi. ¶Iuturna ę, Turni soror. Oni. i. fast. Circa Iuturnę cõposuere lac⁹. Idẽ. ij. fast. Iuppiter immodico Iuturnę victus amore. Multa tulit tanto nõ patienda deo. sic Verg. &c. ¶Mutuo aduerbiũ, mutu⁹ nomẽ, mutuo & mutuor ṽba. Mart. Mutua qđ nobis ter gnquaginta dedisti. ¶Mutius viri pprĩu. Iu. sat. i. Quid refert dictis ignoscat Mutius an non. ¶Puteo es. fœteo, inde putidus, putesco, putor. Persius. Disce nec inuideas q; mẽta fidelia putet In locuplete penu. ¶Plutarchus viri pprĩu. Philel. in. vi. ij. Plutarchi valido fœcundũ nectare pectus. ¶Puteus aũt corripit licet e puteo verbo fiat. ¶Rutilius viri pprĩu variat. Mart. lib. v. Famę rutiliũ suę relin quat, phal. est. Ouid. in. i. de ponto. Et graue magnanimi robur mirare rutili. Idem. vi. fast. Hãc tibi ꝑposito memorãt dixisse rutili. ¶Struthius auis pducit teste Nestore, quia scribit græce p ου diphthongõ, in prima syllaba sequente th aspirato, & dicit etiã struthio. ¶Tutia ę. riuulus in via appia. Sil. in. xiij. Tutia deducit tenuem si nomĩe riuũ. ¶Tutius viri pprĩu. Mar. lib. iij. Romã petebat esuritor Tutius. Iambic⁹ trimeter. ¶Tuticanus viri pprĩu pducit authoritate Ouidij, vt in pfatione pbaui. ¶Nutrio Sulpitius dicit

Futio: Futilis Glutio Glutius Iuturna Mutius Puteo Plutarchus Puteus Rutilius Struthi⁹. Tutia Tutius Tuticanus Nutrio

pduci tantū, quē Nestor carpit ppter authoritatē Claudiani dicentis. Saepe nutrit ducitq; simul refouetq; leonē. Nestorē fefellit Bebelius volens legendū esse, Spe nutrit nō saepe nutrit. vtut est video Philelpho correptionē placuisse, vt in prima decade. Hunc soror huhc vxor nutrit, illum filia pellex. ego libentius pduxero. Bebelius

Ante u pducitur si cōsonans nulla precedat,

v vt vua, secus corripit̃ vt luuo, pluuia. Vnicū tollit̃ Iuuerna, qd' pducit̃, & est regio inter Hispaniā & Britanniā. Iu. sat. ij. Arma quid vltra Littora Iuuernę pmouimus & modo captas Orchadas & minima contentos nocte britannos. V añ u Iuuerna.

Mediarum syllabarum quantitas.

¶ Media syllaba est quaecunq; est inter primā & vltimā. Ea noscit̃ positu, vt potestis diphthongo, vt Mattheus. Vocali ante vocalē, vt pluuia. accentu longo vel breui, cremento, exemplo & regula, de generalibus regulis satis dictū. De diphthongo ante cōsonantē dicemus in e littera, vt in primis fecimus, sed ne in notis morer desino prędfari, rem aggredior.

Ante B corripitur, vt cannabis.

Exceptio. A añ B

a ¶ Producuntur verbalia a prima cōiugatione in bilis & bundus, & omnia nomina in abulum, vt amabilis, laetabundus, venabulum, acetabulum &c. instabilis corripitur vt stabilis, sic inhabilis &c. ¶ Atabulus ventus apuliae peculiaris. vide a ante p. apulia. ¶ Barabbas non satis docte quidam excipiunt quia positu pducitur vt Nestor docet, fitem̃ a bar. id est filius & abba. id est pater. vocabulū est syrum teste Hierony. Sedul. li. iij. Tunc coluere Baal nūc elegere Barabbam. Errauit igitur Riga in Luca. Sed solui Barabam non chr̄m poscit hebraeus. ¶ Amabo nōnulli scioli voluere corripi quādo est blandiendi interiectio, sed nugant̃ quia siue v̄bum sit siue interiectio, pducitur solum. Catul. Amabo mea dulcis Ipsithilla. Mart. lib. viij. Dic verum mihi marce dic amabo. Sido. ad Foelicē. Dic dic qd' peto magne dic amabo. ¶ Dolabra puto naturaliter pduci ppter diminutiuū dolabella, qd' in viri nomen abijt, licet cū o in secūda dolobella vulgo dicat̃ Certe secunda pducit̃ ergo vel hic, vel in o ante b excipiendū, nomen fuit qd' ante me nemo fecit qd' sciam. Iu. sat. viij. Inde dolabella est atq; hinc Antonius, inde Sacrileg⁹ Verres. Addit Aldus Manutius vir facile doctissimus Candelabrū & volutabrū, quia e longis sunt, Sic etiam ventilabrum & (vt opinor) velabrum. Atabul⁹ Barabbas. Amabo Dolabra Dolabella.

A añ c.

Ante c corripit, vt scylacęū, ęacus, dyrrachiū.

a

Exceptio.

¶ Variant̃ infinita cũ facio & fio cõposita, veluti liquefacio, liq̃fio, patefacio, sic rarefacio, expgefacio, tepefacio. Oui. vij. meta. Thura liq̃faciũt indutaq; cornib⁹ auꝝ. Catul. Omentũ in flãma pingue liq̃faciẽs. Hora. ser. xiij. In mris iugulo ferꝝ tepefecit acutũ. Catul. Alta tepefaciet pmixta flumĩa cęde. Prop. Nec flẽti dñę patefiãt nocte fenestrę. Lucr. li. vi. Causa patefiet &c. Idẽ li. iiij. Atq; patefecit q̃s añ obsederat ater. Idẽ in eodẽ li. Expgefactiq; sequũt̃ inania sæpe. Idẽ lib. vi. Et rarefecit calido miscente vapore. Idem li. ij. Iure igit̃ pereunt quũ rarefacta fluendo sunt. Calphurnius ecloga .i. Læta patefactis incidere carmina fagis. ¶ Veneficus venefica veneficiũ pducimus, quia venenũ scd'am extẽdit. Oui. in .i. de remedio. Deme veneficijs carminibusq; fidem. Idem in epist. Barbara narrat̃ venisse venefica tecum, sic cæteri. Liq̃fatio.

e Ante g corripitur, vt elegia semp correptũ, vt in i ante a. plurimis pbaui. Notent̃ deriuata e lõgis vt collega, collegiũ, tristega vel tristegũ qd' Pompilius voluit a tegẽdo dici & corripi. Calepi. vero a stega et dicit variari. Ego hic poetaꝝ testimonio carens hęsito dictiũculę huius mẽsum, vide interpretes plautinos in illd' bacchidũ. Forte vt assedi in stega magis credo pduci. Allego, relego, primę inflexionis verba. E añ G. Tristega.

Exceptio.

¶ Cethegus, vide e ante t. Calępinus dicit etiam pduci naupegus. ¶ Symplegas adis. insulæ & scopuli nomẽ, sunt autẽ symplegades plures sic dictę, ꝙ inter se aliquãdo cõcurrisse fabulis dicunt̃, a syn id est con & plito .i. collido, appellantur quoq; cyaneę. Luca. lib. ij. Vana repercussit pontum symplegas inanem. Mart. lib. xi. Si constringant̃ gemina symplegade culi. Et minyas intrẽt cyaneasq; na- Cethegus. Symplegas.

tes. Symplega opus in q̃ luctãtes ac omnino cõcertatores spectant.

Ae ante g Cinægyrus viri nomen. ¶ Panægiris laus

Ae añ G. & solennitas, hinc panægyrici versus quibus aliquid laudamus, &

Cingir⁹ dicitur panęgyris cum y græco in tertia syllaba, quasi vndiq; congregatio, quia pan omne significat, a gyro me congrego. est quoq; puellæ nomen in Plautina sticho.

E añ L Ante l ꝑducit, vt Philomela non philomena (vt imperiti dicũt) philomelus Eumelus licet a melos deduci videant. Tortellius interp̃tatur philomela. i. amica

Gandelabrum. pomoꝝ, quia mela sunt mala, perimele, cãdela, candelabrũ. Mart. in apo. De candelabro magna lucerna tibi. Mala corripit in hymno de diuo Martino. Cunctis candelabrum luminis extitit. Famelicus in priapæis &c.

Exceptio.

Aristoteles. ¶ Corripiũtur composita a telos. vt pyrgoteles, praxiteles, aristoteles, cõtra durę ceruicis nebulones, q nulla authoritate a stultitia sua possunt depelli. Iu. sat. ij. Si qs Aristotelẽ similẽ vel Pittacõ emit. Ca-

Praxiteles. pella li. iiij. Pallens afflictim versat Aristoteles. Author priapæoꝝ. Nõ me praxiteles scopas ue fecit, phal. est. Auso. in epig. Praxiteles

Monosceli. manibus viuo iteꝝ Niobe. Corripe etiã a scelos. i. crus deducta, vt monosceli hoĩes indici singulis cruribus. ¶ Periscelis idis. cruris

Periscelis vel brachij ornamẽtũ. Hora. in. vi. epist. Nota refert meretricis acu-

ageladas mina sæpe catellã. Nã sæpe periscelidẽ raptam sibi flentis vti mox.

¶ Ageladas ę. nõ agelas dicit, licet id Calepin⁹ ponat. vide a añ d.

Achelo⁹ ¶ Achelous viri & fluuij nomẽ. Oui. viij. met. vincas alios acheloe dracones. ¶ Albimelech. ¶ Alleluia apud Sidoniũ in. ij. li. epist.

Alleluia. sed rectius oratio est q̃ dictio. ¶ Arele apud Ausoniũ in fine ope-

Arelas. ris. ¶ Arelas viri nomẽ. ¶ Angelus, euangeliũ apud Iuuencũ & alios. ¶ Ampelus viri nomẽ, significat quoq; vitẽ siue vineã.

Ampel⁹ Oui. iij. fast. Ampelon intonsum satyro nymphaq; creatũ Fert in

Ardelio. Ismarijs Bacchus amasse iugis. ¶ Ameletis. ¶ Ardelio qui stu-

Ampeli⁹ dio quodã oẽm in rem ardet, nihil ꝑficit. Mar. li. ij. Vis dicam quid sis magnus es ardelio. ¶ Ampelius viri nomẽ. Sido. ad Fœlicem Paulinũ ampeliũq; symmachũq;, phal. est. sed ꝑducit Ampelus ꝓmontoriũ, vt Calepinus notauit. ¶ Auelis gentis nomẽ. Auso.

Auelis ad Pontiũ. Illibanum munidãq; auelim partumq; vononem.

Cybele ¶ Cybele es. vel cybeles is. si Nestori credimus deoꝝ mater. Claudianus in. iij. de raptu ꝓserpinę. Procul irrita vẽti Dicta ferãt subijcit Cybele nõ tanta tonãti Segnities, sic cæteri sæpissime, neq; tamẽ

Cybelle raro geminato ll Cybelle dicunt. Idem in eodem lib. penetralibus

amens Prosilit & tali cōpellat voce Cybellem. Sil. xvij. Iamq̄ petita aderat Latia portante Cybellem, sic ceteri, modo pducūt modo corripiunt. ¶ Cybelus sacerdotis nomen, vnde cybelem dictā volunt, similiter corripias. ¶ Cypselus cū y graeco vt cybele & cybelus Ixionis & Iadę filius, vnde corinthij cypselidę dicti sunt. dict⁹ autē cypselus a cypsela frumētaria mensura, in qua abscōditus fuit a matre quęrētib⁹ eum corinthijs vt interficerēt. Vide Domitiū in Cirin Vergilianā, vbi dicit Cypselidae magni florētia regna corinthi Preterit. ¶ Eleleus bacchus. Oui. iiij. met. Nyctiliusq̄ Eleleusq̄ pater. ¶ Eutrapelus viri nomē, interpretat̄ vrbanus, eutrapelia vrbanitas est. Sunt quoq̄ eutrapeli qui supra annorū rationē grādi corpore crescunt citoq̄ moriunt̄, in quo voce latina carem⁹ & graeca vtimur. Apud Martialē lib. vij. tonsoris nomē est. Eutrapelus tōsor dū circuit ora lupci. Expūgitq̄ genas altera barba subit. ¶ Enchelادus gigātis nomē apud Luca. li. vi. Enchеladum &c. sic apd' Papi. Vergiliū &c. est quoq̄ grāmatici nomē. Iu. sat. vij. Quis gremio encheladi doctiq̄ palaemonis affert. ¶ Encheliae oppidi nomē. Luca. li. iij. Encheliae versi testantes funera Cadmi. ¶ Ficeliae locus quidā romę teste Calderino, cui refragat̄ Merula, vide mis. ¶ Hedymeles cantoris nomē, vide e ante d. siqd aliud manifestū fiat a melos corripiat̄, nam philomelus, philomela Tortellius deducit a philos. amic⁹ & mela. i. mala siue poma vt dictū est, licet aliqui a melos deriuent. ¶ Icelos somni filius. Oui. xi. meta. Hūc Icelon supi mortale phobetora vulg⁹ Nominat. ¶ Menelaus. Oui. i. de reme. Redde Parin nobis Helenā Menelaus habebit. ¶ Meneleus canis nomē, interī etiā viri. Oui. iij. met. harpalos & Menelus hirsutaq̄ corpe Lachnę. ¶ Marcellianū vnguentū dictum a marcello vnico l correptiōis grā extrito, ita em̄ legit Domitiu⁹ illud Mar. li. iij. Cuius olet toto piguis coma marceliano. ¶ Nephele es. Helles mater, vnde ipsa nepheleias dicit̄. Luca. li. ix. Qua pelago nomē nepheleias abstulit helle. ¶ Nyctelius. i. Bacchus. sed qdā p i nyctilius dicūt, habet in pria y grecū, vide eleleus. ¶ Obelus. i. veru, grece scribit̄ p ε tenue ergo corripit̄, hic obeliscus, vide in primis o ante b. ¶ Penelope. Ouid. Penelope cōiunx semp Vlyssis ero. in priapeis penelopea dicit̄. ¶ Pterelas ę. viri nomē & canis, vide ae ante l. lęlaps. ¶ Semele Bacchi mater & lucus q stimele quoq̄ dicit̄. Oui. iij. met. limē adit Semeles. Idem. vi. fast. Lucus erat dubiū semele stimele ne vocet̄. ¶ Sepelio. Mecoenas. Nec tumulū curo sepelit natura relictos. ¶ Stenelus viri nomē. Ver. x. aenei. hinc sternadū petit & Rhoeti de gēte vetusta Anchemolum.

Cybelus. Cypsel⁹. Eleleus. Eutrapelus. Enchеladus. Encheliae. Ficeliae. Hedymeles. Icelos. Menela⁹. Menele⁹. Marcellianum. Nephele. Obelus. Pterelas. Semele. Stimele. Stenelus.

¶ Stipelus vel stiphelus centauri nomen, vide bromus o ante m.

thymele. ¶ Sicelis, vide i ante c. ¶ Thymele es. mulieris nomē. Iu. Diues et a trepido thymele supposita latino. interpretat̄ pulpitum. Auso. in epist. ad lectorē. Seria contractis expende poemata rugis. Nos thymelen sequimur. hoc est pulpitū & histrionicā artem, vnde thymelici sunt histriones vt. ff. de his q notant̄ infamia, vbi sic dicit̄. Neq; thymelici neq; xystici ignominiosi habeant̄, vbi ineptissime legit̄ theomilici & xesustici. sunt autē xystici athelętę qui p hyberna tēpora in porticibus exercent̄, nam xystos per x sequente y græco portus est. thymele autē per th aspiratū & y græcū scribit̄. Multa de his Beroaldus in annotatiōibus.

Xystos.

vindelici ¶ Vindelici populi. Mart. lib. ix. Me tibi Vindelicis raptū narrabat in oris. ¶ Xerampelinę, vide e añ r.

Ae añ L. Ae ante l. Chamælęa hærba. ¶ Chamęlæon anial, chamemæla hærba, oīa scribunt̄ p ch aspiratū, vt contra Tortelliū dicit Nestor.

Chamælæa.

Mantęle. ¶ Mantęle is. & mantęlū & per i longū mantile est id quo man⁹ absterguntur, a manus & tęla vt vult Nestor. Lucillius Mappas mātęla meriq;. Oui. in fast. Dixerat ad dextrā villis mātęle solutis. Plautus. Nec his sycophantijs, nec phucis vllum mantęlum obuiū est. Mart. mantile e mēsa surripit Hermogenes.

E añ m diastema e Ante m pducitur, vt diastema. i. spaciū græce scribitur p H, ergo pducitur teste Ioanne Pio & Calepino ideo (vt vterq; testatur) errauit Sidonius in epithalamio Polemij dicens. Sic placidā paphien seruare diastema quintum.

Euphemia. ¶ Euphemia mulieris nomen interpretat̄ bona fama, nam eu bonum indicat, pheme fama est. vnde per ph aspiratū multi nō irrationabiliter phama scribunt, apud græcos aūt in prima syllaba p H ΦΗΜΗ pheme scribitur. hinc polyphemus. quare errauit Sidonius in. i. panęg. dicens. Gaudeat, euphemiā sidus diuale parentis. errat similiter poeta doctissim⁹ baptista Mantuanus in Catharinaria dicēs Funus Anastasiæ vidi euphemiæq; dolores.

Eleemosina. ¶ Eleemosyna hexasyllaba dictio est, cuius tertia syllaba pducit̄. quicquid Verulanus & alij quidam dicant. scribitur nanq; tertia syllaba per H quam in e longum vertimus, in pænultima habet y græcū, mecum sentit doctissimus vir Henricus Bebelius, interpretat̄ aūt misericordia, nam eleos miseratio est, & dicitur munus qđ amore dei pauperi datur.

Henricus Bebelius.

Vindemia. ¶ Erotema. i. interrogatio. Vindemia. Ver. ij. gęor. Floret ager spumat plenis vindemia labris, sic cæteri. hinc vindemiator qđ p syncopam Horatius vindemator dixit sat. vij. li. i. Vindemator & inuictus quū sæpe viator. Oui. detraxit a lrām dicens in fastis. At nō

Vindemator.

effugit vindemitor hoc quoq; causarũ. Sic Seneca in Claudiũ. Carpebat raras seruus vindemitor vuas, vbicũq; correptionis aut productionis gratia aliqua fit additio vel remotio vel mutatio, tantũ inuentis vtemur, inuenienda nisi pcissime in maximo ope iam extra inuidiæ aleam positi nunq; admittem⁹ talia sunt ficedula, marcellianũ, cybelle, cuticula &c. ¶ Abstemius (vt in. i. Fabius meminit) grãmatici deducũt ab abstinentia temeti, ideo quidã putant variari vt temetũ, nos pduci tantũ, quia correptionẽ nusq; inuenim⁹ adde q; nõ absurde aphthemi⁹ scribit vt e græco deriuet teste Calepino, qd' si verũ est, certum erit pduci tantũ. Sidonius in eucharistico. Vix coctos capture cibus abstemius æuũ ducis, sic cæteri. academia dicas pduci tantũ, vide a ante c. ¶ Eremus sine aspiratione pducitur tantũ contra Alexandrũ, Sulpitium & alios plurimos. scribit nãq; græce p H in secũda syllaba ερημος H in e longũ vertim⁹ & os in us dicimusq; eremus, vnde eremita. hæc est verissima Nestoris doctrina quã pbat p Dionysiũ in perihe. Bebelius quoq; diligentissimus grãmaticus v'sum græcũ ex. iiij. Lactantij hunc citat. Andron chiliadas en eremo pente coresi. pulchre id obseruauit diuinus poeta Baptista Mantuanus dicens ecloga x. Sola qd' in vastam nondũ discessit eremũ. Errauit itaq; hic vt in alijs cõplusculis Prudentius in psycomachia dicens. Excidit ergo animis eremi sitis & Maffeus in antoniade. Expediam primãq; eremũ primosq; recessus. & hymnographus, Præpotens martyr eremiq; cultor. Errãt pterea quotqt hos imitant. Mamotrectus & Vgutio pluresq; barbarei milites ineptissime dicunt ab hæreo deriuari vel a remoueo, est enim græcum fœmininum &c.

Abstemius. Academia. Eremus. Bebelius diligẽtiss. grãmaticus.

Exceptio.

¶ Anathema teste Valla in Matthæũ licet Prudentius vt plures alij dixerit, Dũ vetitis anathema leges anathema fauillis. hinc tamẽ alsu pulatur Calepinus in q̃ multa aut mẽdosa aut falsa deprehendi.

¶ Alemania regio vnde aleman⁹. Claud. in. iiij. cõsulatu Honorij. Imploratq; tuũ supplex alemania nomẽ. ¶ Anchemolus cũ ch aspirato viri nomẽ. vide e añ l, sthenelus. ¶ Archemor⁹ viri nomẽ xvij. Sillij & sæpe apd' Papi. cũ ch aspirato scribat. ¶ Anemos vẽtus teste Calepino, at anæmos cũ æ diphthõgo dicit exanguis teste eodẽ, ab a priuatiã ptic'a & hæma. i. sanguis. n euphoniæ causa interpositũ est extrita aspiratiõe. ¶ Authemi⁹ siue anchemius viri nomẽ apd' Sidoniũ & Claudianũ. ¶ Artemis idis. i. Diana, hinc artemisia hærba, in qbus errauit Macer vt etiã ex cõposito artemidor⁹ pspi

Anathẽa. Alemãia. Anchemolus. Archemorus. Artemis

cere possumus. Mar. li. vij. Quū vinceret artemidorus. ¶ Themis idis, cū th aspirato dea quedā, & interpretat̃ fa s, hinc chrysothemis & plura forsitā q̃ corripiūtur. Anaximenes & Autolem⁹ viri nomen. Marullus. Dixerat tauolemo flāmas cōsultus aruspex.
¶ Elementū. Oui. Densior his tellus elementaq; grādia traxit.
¶ Gethsemani chr̄iani in penultima & ante penultima corripiunt.
Neoptolemus. ¶ Neoptolemus viri nomē, interp̄tat̃ nouus miles, sic em̄ dictus est Pyrrhus Achillis filius apd' Verg. in. ij. æneid. ¶ Polemos & interposita t lr̄a ptolemus interp̄tat̃ miles, qcq̄d hinc est corripit̃ vt neoptolemus, triptolemus, ptolemeus, polemō, philopolemus in captiuis Plauti. ¶ Polemon igit̃ viri nomē. vide o an̄ c. focale. Luca. ix. Te ptolemęe ferā &c. regis egyptij nomē, aliter vsi carpant̃. Polemius viri nomē. Sido. in polemij epithalamio. Hoc in gymnasio polemi sapiētia vitā excolit. p polemij p apocopen. ¶ Ploxemū trāspadani vocāt capsam. Catul. de ęmilio. Gingiuas v̄o ploxemi habet veteris. ¶ Solemus viri nomē. Oui. iiij. fast. Huius erat Solemus phrygia comes, vnus ab Ida. ¶ Telemachus viri nomē, vide e ante l. ¶ Telemus, vide e ante l. ¶ Tlepolemus, vide e ante p. ¶ Triptolemus viri nomē. Oui. iiij. fast. Triptolemū gremio sustulit ille suo. ¶ Vehemēs qd' freq̄nter p synęresin est dissyllabū. Lucre. li. ij. Nā tibi vehemētes noua res molit̃ ad aures, sic ibidē p̄mihi eaꝝ Vt noscas referre eaꝝ p̄mordia reꝝ. Cice. in Arato. Gessit iam v̄o clinata est vngula vehemēs, vbi nota simplex clinata q̃ Cice. in eo ope idenridē vtit̃, hos imitatus est Horatius in vltima ep̄la dicens. Vehemēs & liquidus puroq; simillimus amni Fundit opes, pꝑter dictū Ciceronis versum malo synęresin esse q̃ primo loco anapęstum, vt Fluuiorū rex &c. & puto cuiq; licere vehemēs sic vsurpare parce tamē ne affectare videatur.

Marginal notes: Polemos. Polemi⁹. Ploxemū. Solemus. Telemachus. Triptolemus. vehemēs.

Ae an̄ m. Achæmenes primus Persarū rex, vn̄ Persæ achæmenidę & achæmenij dicunt̃. Prop. li. ij. Non tot achęmenijs armant̃ fusa sagittis Spicula. ¶ Achæmenides comes Vlissis teste Tortellio p æ diphthōgon scribit̃ in scd'a syllaba non cū i achimenides, ergo in i ante m ab aliq̄bus male excipit̃. Ouid. xiiij. met. Noscit achæmenidē &c. ¶ Adræmon Thoātis p̄r teste Tortel. ¶ Chamęmellū herba q̃ male camomilla dr̄, vt ait Calepinus, scribit̃ aūt cū ch aspirato. ¶ Calodæmō cacodæmon vt dęmon. ¶ Diadęma ¶ Euæmō & eudæmonidas viroꝝ ꝓpria. ¶ Lacedæmō lacedęmonius. ¶ Palæmō viri nomē. ¶ Pylæmenes cū y græco viri nomē. ¶ Talæmeneus viri nomē q̄ troianis auxiliū dedit, vt dicit Tortel.

Marginal notes: Ae an̄ m. Achęmenes. Achęmenides. Achęmenij. Adręmō. Chamæmellum.

Oe an̄ m. Oe an̄ m. Paroemia, pœmiū, Philopœmō viri nomē.

Ante n pducit̃,vt Galenus trissyllabũ,licet cũ *E añ n.*
e indoctis aliter dixerint Macer,euen9,agenor,antenor,aga
theni,&apđ Bapt.in exhortatiõe cõtra infideles legendũ
puto Semen agarenũ trinacria,nõ agarenicũ nisi dicatur hic vt in
plusculis a veterꝝ obseruatiõe defecisse,dindymene.i.Cybele.

Exceptio.

¶ Corripe cõposita a genos.i.genus veluti ꝓtogenes &c. Auso.in epig. Diogenes obijt nõ obijt sed abit,eadẽ rõne corripit origenes. Genos ideo plurimorꝝ deceptor Riga male dixit in Luca. Scripsit origenes *Dioge-* ꝙ nõ tenebrosa fuerũt. Idem. Ecce nouũ mirũ Diogenes cornua *nes.* perdit. Mart. Mantile e mẽsa surripit Hermogenes. Verg.in Buco. *origenes* Non tulit Antigenes. Iu. Aduocat archigenẽ. Idem Protogenes ali *Sthenos.* quis. Corripiunt̃ quoqꝫ cõposita a sthenos cũ sth aspirato.i.robur vt demosthenes,borysthenes cum y græco fluuius,insula & oppidum. vñ borysthenidæ scythæ,& borysthenius a.um. & borystenis idis. Priscianus in perihe. Hic vbi descẽdit porrecta borysthenis vnda. Porpert.lib.ij. Gloria ad hibernos lata borystenidas,sic an- *Borysthe-* tisthenes,callisthenes,Plisthenes virorꝝ noĩa,hinc antisthenius,cali- *nes.* sthenius,Oui.ij.de reme. Illã plisthenio gaudia ferre viro. Corripe *Plisthe-* cõposita a xenos.i hospes vel ꝑegrinus,vt philoxenus.i.hospitał. *nes.* phil oxena talis fœmina.philoxenia hospitalitas,aristoxenus optimus hospes. Nã aristos optimus est. Axenus inhospitabilis,polyxena cũ y græco Priami filia interꝑtat̃ multorꝝ ꝑegrina.a poly cum y greco & xenos.ita dicit Cale. Tortellius autẽ a poly & zene admirãda hic Calepino libẽtius accedo. Oui.iij.met. Placet achillæos mactata Polyxena manes. Proxeneta vt in xeniũ e ante n dictũ est. Quare indocte qdã dixit. Tã demens vt sis aristoxenus inepte. Qui viuentẽ aĩam disputat esse nihil. ¶ Armenia regio. Papi.i.syl. *armenia.* Armenia & patiẽs Latij iã põtis Araxes.sic ceteri ꝑter Rigã & nõnul *Asenech.* los riga indoctiores,qs male imitat9 Petrar.dixit in.ij.aphricę Vincet̃ iudęa tenax Armenia duplex. Placetin9 aspirat harmẽia. Iu. Armenius zalates &c. asenech hebręũ nomẽ. ¶ Achæmenes, vide æ diphthõgõ añ m. ¶ Achęmenides vide ibidẽ. ¶ Amben9 ꝓpriũ vi *amben9.* ri apđ Val.flac.li.vi. ¶ Alcamenes teste Calepio sculptoris nomẽ. *Alcame-* ¶ Ariasmen9 viri nomẽ in.vi.Val.flac. ¶ Amphigenia, vide i añ a *nes* ¶ Alimen9 viri nomẽ in.x.theb. Abdenago teste Sulpitio. ¶ Bere- *Ariasme-* nice es.nõ p o beronice qcqđ dicat Nestor authore Antonio par- *nus.* thenio interprete Catulli. Iu. Deiñ adamas notissimus & berenices *Alimen9* in digito factus ꝑciosior. fuit ægypti regina & alia Herodis filia, & *Berenice.* quarumcunqꝫ nomen fuerit corripitur, aliqui excipiunt berenix,

	quod nusq̄ inueni, & puto eos decipi. ¶ Berenicis, vide i ante c
Carme-	¶ Carmenion viri nomē. Mar. li. x. Nete carmenion vocē sororē
nion.	phal. est. ¶ Ceteneus viri nomē. ¶ Clymene Phętōtis mater, vide o
clymene	añ d. rhodos. ¶ Clymenus viri nomē apd' Oui. in. v. met. Vtrūq;
Clazo-	p y gręcū scribit. ¶ Clazomenę arū. oppidi nomē. Hora. sa. vij. Per
mene.	sius hic p magna negocia diues habebat Clazomenis etiā lites cū re
Diadu-	ge molestas. in Calepino male dicit penultia pduci. ¶ Diadumen9
menus.	viri nomē. Mar. li. iij. Hoc tua sæue puer diadumene basia flagrant
eumenis.	¶ Echeneis vide echin9 e añ c. Eumenis furia. Sil. li. ij. Eumenis i me
eumeni9	dios irrūpit turbida cœt9. ¶ Eumenius viri pprīū in. xi. æneí. eume
	nes tñ pducit vt quidā volūt, poeticū testimoniū desydero, qa vi
	det esse eiusdē deriuatiōis. ¶ Eurimenę arū. cū y gręco. Val. flac. li. ij.
Hebenus	Inde salutant Eurymenas. ¶ Eugenius eugenia vt amphigenia.
Helena.	¶ Hebenus & hebenū arbor. Ver. i. gęor. Fert hebenū, solis est thu
Hypo-	rea v'ga sabęis. ¶ Helena vel helene etiā diuæ augustæ nomē, licet
menes.	indocti tū velint pduci, vide menelaus. ¶ Helen9 viri nomē. Ver.
Idasme-	iiij. gęor. hos helenus monit9. ¶ Herenius teste Bebelio. ¶ Hippo-
nus.	menes viri nomē apd' Oui. in. x. met. ¶ Idasmen9 viri nomē, vide
Idome-	i ante d. ¶ Idomeneus viri nomē. iij. æneí. ¶ Iphigenia, vide i ante a,
neus.	sic ageni9 & eiusdē origīs cętera. ¶ Iuuenis. Hora. Imberbis iuuenis.
Melpo-	¶ Ingeniū & ingen9 vt ingenit9, & cōposita aduena alienigena &c.
mene.	¶ Melpomene, musarū vna apd' Ver. & alios. ¶ Missumenos odio
Missume	dign9 & displicēs, sed disexapothos dicit iucūdissim9 & maxie op
nos	tatus. Mar. in apo. Nō erit in turba qsq; missumenos ista. Sed pote
Mirite-	rit quis esse disexapothos. ¶ Miritenes lapis p̄ciosus. Pris. in perihe.
nes.	Miritenēq; bonū nardi quū reddat odorē. ¶ Nyctimene es. puella
Nycti-	in noctuā v'sa, cū y gręco in pria syllaba. Oui. ij. met. Crimine Ny
mene.	ctimene nrō successit honori. Potes p noctua cape. ¶ Olenos & ole
Olenos	nus, vide o añ l. ¶ Orchomen9 Thessalię mōs, vñ orchomenū op
Olenus	pidū, & orchomenō fluui9, vñ adiectiuū orchomeni9 a. um. Oui.
Orcho-	v. met. Vsq; sub orchomenō. ¶ Ormen9 viri nomē apd' Papi. in
menus	x. theb. Ormenis nympha in epist. Deianirę. ¶ Parmeno vt testat
Ormen9	doctissim9 amic9 nr̄ Badius, cui suffragat Bebelius. Herasmus ad
Parme-	Gaguinū. Nec nō Parmeno vti Terētianus, phal. est. ¶ Pœmenis
no.	vide œ diphthōgō añ m. ¶ Parthenos th aspirato. i. v'go, vñ par-
Parthe-	thenice, ptheni9 viri mōtis et fluuij nomē. Appellatiuū v'o ppe cū
nos.	significat q ex ea q̄ v'go nupsit nat9 est, vt dic Mācinell9 in illd'. Iu.
Pericly-	sat. xij. Mittere lances parthenio factas. ¶ Periclymenus cū y gręco
menus.	in. iij. syllaba viri nomē est apd' Oui. in. xij. met. ¶ Porsena Roma
Porsena.	norū rex. Mart. lib. i. Vrere quā potuit cōtēpto Mutius igne, Hāc

spectare manũ Porsena non potuit. sic cæteri ferme. Verg. tamen metri gratia p geminũ nn Porsenna dixit in. viij. æneid. Necnō Tarquiniũ eiectum Porsenna iubebat Accipe. Adde dictis Aristomenes viri nomen apud Marullum. Stelenus & telo meneus atq; qđ Ausonius dixit. Nobiscũ inuenies catenantia si libet vti non penna sed græca fide.

Ae ante n, Balæna, marina bælua. ¶ Celæno harpyiarum vna, & etiã Pleiadum. Celænę arum. oppidum Phrygię. dicit quoq; singulariter celæna teste Nestore Cæsęna vrbs teste Tortellio. ¶ Dracęna draconis fœmina. ¶ Encęnia & quicqd est a cænos. i. nouus. ¶ Hyæna cũ y græco. ¶ Lacæna leæna. ¶ Muręna. ¶ Nazaręnus. ¶ Parenesis admonitio, sic apæneos. Proscęnium quia est a scæna. æ añ n

Oe ante n. Amœnus amœnitas &c. ¶ Apœninus vt vult Seruius quia a pœnis nomē habere putat Nestor, & alij p geminũ nn sine diphthõgo apenninus scribũt. ¶ Buthœnus cũ th aspirato. i. Hercules teste Georgio valla, camœna. ¶ Calœnũ vinum optimũ. ¶ Lagœna & quicqd est ab œnos, vt philœnus, & a cœnos. i. cõis, vt epicœnum, & a schœnos. i. funis, vt oxyschœnos iuncus marinus, quasi acutus funis, oxys acutus est, cũ y grȩco holoschœnos etiã marinus iuncus, quasi totus funis, nam holos totus est. ¶ Prothęnor. œ añ n. Apœninus.

Ante p corripitur, vt Telephus, elephas.

e Exceptio. Eañ p

¶ Aesepus fluuij nomen, hinc æsepius a. um. Vale. flac. li. iij. Ampycides petit aduersis æsepia syluis, Flumina & ęquoreas pariter decurrit ad vndas. Ego video in prima habere æ diphthõgon. Nestor vo legit asepus, quia putauit corripi apud Priscianũ in peribe. Atq; malos lemures qđ pellit munꝰ asepi. notũ est apđ Flaccũ pduci, & opinor Nestorē decipi, quia apđ Priscianũ in oĩbus libris q̃s vidi, etiã diuersarũ impressionũ, habet iaspi nō asepi sic. Atq; malos lemures qđ pellit munus iaspi. Itaq; q̃ntũ ad diphthongon attinet, Tortellio suffragor. ¶ Asclepius viri nomen græce habet in secũda syllaba ĸ quã in e longã vtimus, author est Nestor. Macer vt est quantitatũ indiligẽtissimꝰ id nomē variauit. Corripit quidē vbi de Camomilla sua loquit, recte vero pduxit, vbi de cępis loqt dicens. Non modicũ sanas asclepius asserit illas. ¶ Iosephus similiter græce scribit p ĸ quã in e longũ vtimus testibus Nestore & Antonio nebrissensi, in q̃ nō optime sensit Sulpitiꝰ Aesepus Iosephus

vt in epodo, anate, eremo, muliere, scrypilo in quibus tamē dicit se tritum vsum sequi, quod verū non est si de doctissimorū vsu loquatur. Inepte itaq; dixit Riga in lib. regum. Inde refert Iosephus q̃d' mira gerens Eleazar, vide finē primi libri nostri.

Ae añ p. Hypæpe

Ae ante p. Hypæpe, arum, cum y græco Lydię vrbs monti adiacens, ab hypo .i. sub & hępos cacumē, & vertex, hoc est sub cacumīe. Oui. vi. met. Orta domo parua paruis habitabat hypæpis. ¶ Præsępe, p̃sæpio is. & q̃cquid hinc sit aliud apud antiq̃s diphthongon habere cōsueuit teste Nestore.

Oe añ p. Hodœpori.

Oe ante p Hodœporus viator. ¶ Hodœporicū .i. itinerarium hoc est liber aliquid iter describens nomē itinerariū. Bebelius credit esse barbarū, licet itineror v̄bū nō satis elegans in Apuleio legat, & Calepinus ponat itinerariū, si tñ in Hieronymo vsq; inueniat, nō multū dānauero, sed hodœporicū libentius dixero. ¶ Synalœpha, episynalœpha, & siq̃d sit ab alœphe aliud, p œ diphthōgon ante p scribat, testibus Tortellio & Nestore cū Geor. Val.

E añ q. e

Ante q corripit, vt die quīti, die quarti, vel die quinte, die quarte, aduerbia tēporis cōtra primitiui naturam corripiunt, teste Gel. lib. ix. noct. atticarū.

E añ r. e

Ante r corripitur, vt magisteriū. Tibul. Quū mea ridebunt vana magisteria. Ministerium, bucerus, quercerus, inferus, superus, posterus.

Exceptio.

¶ Propria fere p̃ducunt vt Homerus, saleranus, cythera orū. cythere es .i. venus. Auso. in epig. Nec bis cincta Diana placet nec nu-

Cythere. Cytherea

da cythere, at p Venere cytherea contra primitiui naturā corripit. Verg. in .i. æneid. Parce metu cytherea, manēt immota tuorū Fata tibi. sic cythereius corripit. Cythera orū. cum y græco vrbs in q̃ Venus plurimū colebat. Abdera, acheras viri nomē. Sil. li. iiij. habytes nup cæsę germanus achæras. Iberus iberia &c. ¶ Plurima tamē corripiunt, e q̃bus multa hic subieci. ¶ Acheron. Luca. li. iiij. Pręparat innumeras puppes acherōtis adusti Portitor. male habet in

Acherō.

Calepino id nomē æ diphthongo debere annotari, & esse fœminini generis quū sit masculini. fluuius est infernalis. ¶ Asterie, asteris asterion & q̃cquid est ab astris .i. stella, vt asteriscus. ¶ Bructęrus, bellerophon. ¶ Cerberus, craterus, Cicero, cremera, camere, camerius, casperula, casperia. ¶ Eucherius. eleutherius. ¶ Glycere glyceriū. ¶ Hiero, Hieronymus. hierosolyma & quicquid est ab

Hiera

hieros, i. sacer, nisi p synæresin proferat. Manilius. Hiera syracusas.

salamis nãq; vrget athenas, insulæ nomẽ est, apud Vergilium est trissyllabũ secunda pducta, nymphæ nomẽ.ix.ænei. Quos Iouis eduxit luco syluestris hiera. Sil.lib.xiiij. Hic matris Hieronis opes hic sancta vetustas, synæresis est. Baptista in hiericus synæresin fecit, & nihilominus corripuit dicẽs in ecloga.x. Vnda coit rursum tandẽ hiericunte relicta. Iuuẽcus. Hieremiã dixere alij pars esse pphetam. ¶Hymera. ¶Laberius. Mart.li.vi. Affirmas laberi qd ergo non vis. p laberij, phal.est. ¶Mermeros viri nomẽ in.xij.met. Nuceria. ¶Pierus. ¶Proteros loci nomẽ in.iiij. Martia. ¶Silerius fluuius qui & siler. Sil.li.viij. Nunc silerus q nutrit aquis. ¶Sigerius. Staberius apd' Hora.in.iij.sat.li.ij. ¶Tyberis, tyberinus, tyberius Hora.sat.iij.li.ij. Te tyberi numerare cauis abscõdere tristẽ Extimui vtũs est a Tyberi⁹, ideo indocte dixit Sido.in.iij.paneg. Capreasq; tyberi. ¶Tripherus viri nomẽ apd' Iuue.sat xi. ¶Valerus viri nomen.x.æneid. Quem tamẽ haud expers Valerus virtutis auite. ¶Valerius viri nomẽ. Hora.sat.vi. Cõtra leuini Valeri genus vnde supbus Tarquinius regno pulsus fuit vnius assis. apocope est p Valerij. Ergo nõ recte dixit Petrarcha in.iij.li.epist. Insigne exemplum Marcusq; Valerius offert. Adde dictis nicerotes pigmẽtarij nomẽ, vnde nicerotianũ vnguentũ appellat. Mart.lib.x. Nimbis ebria nicerotianis, phal.est. & ab heros.i.amor composita, vt phileros otis. & ab ceros cornu vt rhynoceros, Aegoceros & q̃ nõ occurrunt plura, notent cõposita quia pducunt e lõgis vt enimuero Seuerus sequẽs ver: sed etymologia potius q̃ cõpositio videtur, hinc asseuero as. pseuero as. Papi.iiij.syl. Nam si ludere Grippe pseueras, phal.est. quãobrem errauit Ausonius nisi mendum sit vbi de Castore & Polluce loquit. Patribus ambiguis & matribus asseueratos. ¶Arteria orũ.pluraliter. Lucre.li.iiij. Prꝫterea radit vox fauces sæpe facitq; Aspiora foris gradiens arteria clamor. dicit quoq; arteria ę, singulariter. Cicero lędunt arteriæ. Gel. Arteria est cõcepta culũ spiritus naturalis. Baptista in libello quodã nõ recte corripuit vt notat etiã Calepinus sed ex Lucretio testimoniũ nrm est nõ Calepini. ¶Austerus apud Hora.sat.ij. ¶Cyperus, vide e ante p. ¶Cratera. ¶Cauteria Macer pducit, idẽ tamẽ male corripuit clysterium. ¶Dicterium breuiter acute salseq; dictũ, græce scõma & apophthegma dicit. Mart.li.vi. Omib⁹ arrides dicteria dicis in oẽs Sic te conuiuã posse placere putas. ¶Galerus capitis tegmen. Iu. sat.vi. Et nigrũ flauo crinem abscõdente galero, diminutiuũ est galericulus. hinc galerita alauda, a galeri similitudine propter plumã elatam in capite, vide colon o ante l.

Nicerotes. Seuerus. Arteria. Dicteriũ. Galerus.

Mysteriũ ¶ Mysterium. Ausonius ad theonẽ. Accipe congestas mysteria fri
Niceriũ uola nugas. sic Oui. cæteriq;. ¶ Niceteriũ, vide i ante c. ¶ Po-
Poderis deris vestis quædã. male dicit in Calepino corripi, qa teste Nesto-
Psalteriũ re, cui suffragant doctissimi viri Badius & Anto. Nebrissen. græce
scribit p η quã in e longũ vertimus. male corripit a Riga. Panthera
facile reperies testimoniũ. ¶ Psalteriũ organum musicũ, hebrai-
ce nablon dicit. Verg. in ciri. Nõ arguta sonãt tenui psalteria chor
da. Errauit in hoc, vt in plusculis Arator ad Vigiliũ papã, ita scri-
bens. Metrica vis sacris nõ est incognita libris. Psalteriũ lyrici com
posuere pedes. ¶ Soteria, vide o ante t. Seuerus iam dictum est.
¶ Statera. Mar. lib. x. Non ergo est manus ista, sed statera. Papi. lib.
Statera iiij. syl. Repit languida quadrupes statera, phal. sunt. apud Papin.
teste Domitio. significat lignũ, vnde vincto fune & alligata mula
trahebat currus, a similitudie steteræ quæ est instrumentũ quo res
Trieteris sine bilancibus põderant. ¶ Trieteris trium annoꝝ spaciũ, hinc
trieterica sacra q̃ tertio q̃q; anno fiunt, sic dieteris bienniũ est. etos
annus est. Sta. iiij. theb. Ludis & atra sacrũ recolet trieteris Opheltẽ
Verg. Vbi audito stimulãt trieterica baccho. Sil. lib. iiij. Edonis vt
pangæa sup trieteride motu. ¶ Trieris teste Nestore p η scribit,
& pducitur, nauis est triremis cuius prefectus Trierarchus dicitur,
secunda itidem producta.

Ae añ r Ae ante r, Arcæra currus vndiq; clausus, Arcæris se-
curis ærea, qua in sacrificijs vtebant sacerdotes. ¶ Aphæresis,
ephæresis, epaphęresis, dięresis, synęresis, & quicqd est ab hęresis.
¶ Cimera. ¶ Cithęron cũ i latino viri & mõtis nomen. ¶ Me
Megera gęra furia, at p Herculis vxore, nec p æ diphthõgon Megera, nec
p secundã vocalẽ megera, sed p a primã vocalẽ megara dicendũ
est, teste Domitio in illud. Mar. lib. xi. Tu megarã credis nõ habu-
isse nates. fuit Creontis filia. ¶ Machera cũ ch aspirato. i. gladius.
¶ Neęra. Procærus, synçęrus, & quicquid eiusdẽ est originis.

Oe añ r Oe ante r, pomœrium, quasi postmœnium, locus est
intra extraq; muros, vbi ædificare nõ licet, inepte capit p poma-
rio. Luca. Longa p extremos pomœria iungere fines.

E añ s. Ante s corripit, vt ephesus. Notentur compo-
e sita obesus, adesꝰ. Arator li. ij. Iam sermone potẽs Ephe-
si conuerterat vrbem, sic cæteri docti contra indoctos.

Exceptio.

¶ Producunt numeralia quęcũq; habent e ante simus a. um. vt. vi
cesimꝰ &c. Sido. in p̃fatiõe de laudibꝰ Narbonis. Nã qd carmie p
tuo repẽdo, Hoc cẽtesima laudiũ tuaꝝ, phal. est. vide gtm laudiũ.

¶ Arcesius Vlyssis auus, vide a ante e. Laertes. ¶ Carchesium cũ ch aspirato poculũ. Vale. flac. lib. i. Ipse ter æquoreo libans carchesia patri. Sic ait Esonides. Est quoq; naualis veli pars summa eadẽ seruata quantitate. ¶ Catachresis abusio scribit. teste Nestore grę ce per η ita, vt anachoresis, teste Goudano. ¶ Diœcesis, quia teste Nestore (cui suffragãtur Calepinus & Antonius Nebrissensis cũ cæteris doctis) scribit græce cum œ diphthõgon in secũda syllaba, & η quã in e longũ vertimus in tertia syllaba, ineptissime itaq; dicit diocesis penultima breui. ¶ Diaporesis dubitatio teste Calepino. ¶ Ecclesia græce p η scribit, ideo optime dixit Baptista. Flumina & ablutos genitrix ecclesia lacte. Ecc̃ liastici scriptores plurimi hoc nomen corripuere, quos nec in hoc nec in pluribus imitãdos credo, nec ipsum Lactantiũ alioqui doctissimũ dicentẽ. Ecclesię pastos, hu bere, lacte, sinu. Ethesiæ, vide e ante s. ¶ Galesus fluuij & viri nomen. Papi iij. syl. Et Lacedæmonij pecuaria culta galesi. p viro producitur in. vij. æneí. ¶ Genesa oppidum est teste Goudano. ¶ Halesus fluuius & mons nõ longe ab æthna. Colum. lib. xi. Et q̃ sicanij flores legistis halesi, pducit pro viro quodã in. vij. æneid. & in. xij. met. ¶ Herbosos oppidum pꝑe hyblam. Sil. lib. xiiij. Nõ herbosos iners. ¶ Halesinus fons. Priscia. in perihe. Hic & halesinus fons est mitissimus vndis. ¶ Iesus græce scribit ιησους p η ita quã lrãm in e longũ vertimus, nec vllam obtinet aspiratione, vide finem primi libri. Prudẽtius licenter isus p iesus dixit, id ego nollem imitari, vt Bile sub obliqua p̃tiosam, pderit isu, nõ sinit positio vocali in i consonantẽ versa iesu dicere. ¶ Lycabesos cum y grę co mons atticus, vide helageos e ante g. ¶ Larnæsus, teste Goudano, est quoddã oppidum. ¶ Lyrnesus oppidũ Phrygiæ. Ver. xij. ænei. Lyrnesi domus alta solo laurente sepulchrũ, cum y grę co vt quod gemino ss scribit Lyrnessus thessaliæ oppidũ. ¶ Marpesus mõs Pari, vt Seruius inquit. hinc marpesius a. um. Ver. vi. ęnei. Q; si dura silex aut stet marpesia cautes. ¶ Magnesia & regio & vrbs & pmontoriũ, teste Nestore, hinc magnesij aut magnetes populi. ¶ Mathesis, quia vt Nebrissensis ait græce p ita η scribitur. μαθησις idem dicunt Badius, Calepin⁹, Bebelius, & sensit Baptista Mantuanus dicens, Sunt sophię partes, est ingeniosa mathesis. Mataratius & Goudanus dixerunt corripi, moti forsitan authoritate Apollinaris in. ij. paneg. dicẽtis. Percurrit mathesim, numeris interrogat vmbras, sed is plærũq; errauit, pꝑter ignorantiã græce linguę, vt p Hermolaũ pbauimus, ideo melius puto pducẽdum esse hoc nomen cũ Baptista &c. ¶ Megalesia festa & ludi magnæ deæ.

Arcesius
Carchesium.
Cathacresis
Diœcesis
Ecclesia.
Ethesiæ
Galesus
Halesus
Herbosos.
Halesin⁹
Iesus
Lycabesos.
Lyrnesus
Marpes⁹
Magnesia.
Mathesis
Megale:

Oui.iiij.fast. Institerã quare primi megalesia ludi Vrbe forent nrã:
¶ Malesus testibus Badio & Bebelio. ¶ Milesius miletus possessi
uum. Verg.Geor.iij. Millesia vellera nymphæ Carpebãt. ¶ Mica
Micale- lesos pmontoriũ onchesti ciuitatis, vt ait Lactãtius ĩ vij.theb.Pa.
sos. vbi pducit. ¶ Monesus viri ppriũ.Sil.lib.vij.Emimus hos gla
Monesus dio, saphaȝ gladioq́ȝ monesum, Et morinũ. ¶ Moneses æ.viri
Moneses nomẽ in.vi. Valerij flacci. ¶ Myndesos cũ y græco.vrbs syriæ,
Mynde- vnde myndesius a.um.Oui.v.met.Occidit & celadon, Myndesius
sos. occidit astreus. ¶ Menesis, vt vulgo apđ Horatiũ legit p e in pri
Menesis. ma & in secũda syllaba, aut p u in prima syllaba munesis, vt est in
Munesis. Apiano, teste Antonio Mancinello, fuit viri potẽtis & clari nomẽ
Hora.ode.vi.lib.iij.car. Iam bis Menesis & pacori manus. Vsus est
Opesus. alcaicus dactylicus. ¶ Opesos, vide e ante s.mesembriacũ, oppi
di nomẽ est. ¶ Onesimus viri nomẽ, interptat vtilis, onesis est iu
uamen, vtilitas, sed inuenio vulgo per e in prima, & æ diphthõgũ
onesim⁹ in secũda syllaba enesim⁹. Oui.viij.met. At nõ lethiferos effugit enç
simus ictus. ¶ Poesis.Hora.in arte. Vt pictura poesis erit.
Poesis ¶ Pleuresis qa græce p η scribit, sed illi pleuritis idis.sæpius dicunt,
nos pleuritis a pleuras.i.latus.est em̃ lateȝ dolor.hinc pleureticus,
cuius secũda male corripit a Macro qui recte dixit. Costaȝ quam
phrenesis pleuresim vocat attica lingua. ¶ Phrenesis.Iu.sat.xiiij. Quũ furor
haud dubius quũ sit manifesta phrenesis.i.furor & amentia. quidã
phrenetis legũt. teste Mãcinel. Mart.lib.iiij. Declamas in febre ma-
thon hãc esse phrenesin, Si nescis nõ es san⁹ amice mathon. Seren⁹
licẽter corripuit dicẽs. Ex vitio cerebri phrenesis furiosa mouet, me
cum est doctissimus Nebrissensis, & ante oñdi Serenũ quantitatũ
interim fuisse indiligentẽ, ergo eũ iam nõ sequemur. ¶ Synteresis,
Syntere- teste Nestore & p t in secũda syllaba nõ cum d scribit, dici potest at-
sis. tentio seu cõseruatio. Nã a syntereo.i.cõseruo deriuat. Est animç ps
q̃ vitijs aduersat, & sese semp immaculatã cupit a peccato seruare.
¶ Synœcesis p œ diphthõgon in secũda syllaba.i.cohabitatio pdu
Synœce- citur, teste Nestore cũ y græco in prima syllaba. fit em̃ a syn.i.con et
sis. œcos domus. ¶ Sperchesiades patronymicũ a sperchesius viri
Sperche- pprio pducit in lib.v.met, Ouidij. ¶ Theumesus, oppidũ, regio
siades. mons & fluuius cũ th. Sta.i.syl. Nil ibi plæbeũ nusq́ȝ theumesa nota
Theume bis Aera sed argẽto fœlix ppellit vnda, Sic in Prisciano de situ or-
sus. bis. ¶ Theoresis cũ th aspirato.i.contẽplatio pducit, teste Nestore
Theore- theomç contẽplari. ¶ Telmesis oppidum, vide i ante d. Cnidos.
sis. ¶ Titaresius fluui⁹ quẽ orchon etiã dicunt. Luca.li.vi. Defendit tita-
Titares⁹. resus aq̃s. male legebat cytharœdus, vt notauit Anto. Sabellicus.

¶ Vogesus viri nomen in. x. Silij, sed vogesus corripit, vide o an̄ g. montis nomen. Vogesus

Ae ante s, anapæstus. Ancæsa vasa cęlata, qđ circũci dendo fiant, ipsumq́ cælare hinc dictũ est, d in l verso. ¶ Clytemne stra mulieris p̄priũ. Dioceſaria a Cæsare, vt neocæsarea. ¶ Ephe stion viri nomen. ¶ Palæstra palæstrita palæstina. Et apđ Priscia num in perihe. Masæsylij populi nomen. Ae an̄ s.

Oe ante s. Argiroęssa, teste Tortellio, vrbs ęolię. Oe an̄ s.

E Ante t p̄ducitur, vt ortygometra. i. coturnix, vel mater ortygũ. i. coturnicũ, vt tettigometra cicadę ge nus. interp̄taẽ cicadarũ mater. tettix cicada est. meter mater qđ p η scribiẽ, teste etiã Nestore. Paraclet⁹ teste cũ cęteris doctis Phi lelpho, a paracleo. i. hortor, rogo, cõsolor, vñ paracletus cõsolator diciẽ. Baptista Mãtuan⁹ in agone Margarethę sumit p angelo quo dam dicẽs., Cui nomẽ paracletus erat, descẽdere mãdat. Multi inepte corripuerũt paraclitus, q̃a scribiẽ gręce p ei diphthõgon παράκλει τος. nos aũt vertim⁹ ei diphthõgon in e longũ, vt κυθέρεια cythe rea, sic paracleitos paracleius, nõnunq̃ tamẽ p̄pter euphoniã vertim⁹ ei in i longũ. vt thaleia thalia author Seruius in illđ Vergilij. Nostra nec erubuit syluas habitare thalia Musa, & gręce ait thalia, nã latine thalea debuit dicere sicut κυθέρεια cytherea sed p̄pter euphoniã cõ tẽpsit ius regulę, & ideo in gręcitate p̄mãsit. hęc Seruius. quãobrem Tortellius ait p e paracletus quidẽ dicendũ fuisse, maluerũt tamẽ nr̄i paraclitus, vt idẽ sit son⁹ apđ nos qui fuit apđ gręcos. Et forte p̄pter euphoniã, sic agapitus dixere nõ agapetus. Propterea vir doctissi mus Curius Lancilotus ait Paracletus nõ paraclitus mera est ostẽta tio, vt brabiũ non brauiũ. Gasparũ. Hamilcarũ & c. vtut est pęnulti ma p̄duceẽ tantũ, licet Prudentius & alij multi corripuerũt, nec dici tur cũ y græco a clytos. i. insignis paraclytus. Nam vt ait Philel. in xiij. lib. epist. Si hoc nomẽ vsq̃ inueniret, significaret infamẽ, aut p̄ ter famã, nam para aliq̃n significat preter & diminutionẽ rep̄sentat Clytos famã & insignẽ, vnde inclytus. Hoc aũt dictu absurdum & impiũ est de spiritusancto, igiẽ & c. ¶ Curetes nunq̃ puto corripi quicquid dicat Bebelius. ¶ Pleureticus, spleneticus, & similia, licet Macer corripiat hæreticus, vt opinor. licet Arator dixerit in lib. ij. Quum tamen hæretica nigredine plenus auerni. Notentur e cor reptis composita, vt pedetentim in. v. Lucretij. Impeto impetus & similia quæ corripiuntur. E an̄ T Paracletus Paraclitus

Exceptio.

¶ Corripe denoīatiua in etas, vt pietas, satietas, varietas, & composita a metron, monometrū, dimetrū &c. & a theton cum th aspirato in prima dūtaxat syllaba.i.positū, vt synthetō asyntheto, Antitheton, epitheton. Figurarū noīa agonotheta.i.certaminis dispositor, latine munerarius dicit̄, alleotheta aliter posita. Persius. Crimina rasis Librat in antithetis, doctas posuisse figuras Laudatur.

Theton.

Arete

Panaret9

Anaxarete

¶ Arete.i. virtus penultimā corripit. vtimur in quibusdā compositis, vt panarctus viri nomē. ¶ Anaxarete mulieris nomen. hoc interpretat̄ tutrix virtutis, illud vero oēm virtutē continēs, q̄ noīe dictus est liber Iesu filij syrac. Hiero. in plogo sup parabolas Solomonis. Fertur & panaretus Iesu filij syrac liber. Mart. li. vi. Quū peteret serā media iam nocte matellā, Arguto madidus pollice panaretus. Spoletina data est sed quā siccauerat ipse. Oui. xiiij. met. Viderat a veteris generosam sanguine teucri Iphis anaxaretē humili de stirpe creatus. ¶ Aretalogus. teste Mācinello in illud. Iu. saty. xv. Risum fortasse quibusdā Mouerat, vt mēdax aretalogus, in mare nemo Hūc abijcit sæua dignū veraq; charybdi. dicit̄ ab arete.i. ars virtus, sermo, oratio, ratio, verbū, studium. Est itaq; iactans virtutem, tum suam, tum alienā, ac fabulosus & garrulus. Nestor cōtra Domitiū negat ab arete dici, quę est virtus, sed deducit ab aretos.i. placitus Tortellius legit aretelogus, vt sit oratio veluti mēdax esset sermo, qui Arete vxori Alcinoi dirigebat̄, sed nugat̄ Tortel, q̄a vt Nestor docet ex Apollonio & Homero græcis poetis Areta ę. vł aretę es. p Alcinoi vxore primā syllabam & tertiā pducit.

Aretalogus

¶ Arethusa cū th aspirato nympha in fontē sui noīs versa, vel in fluuiū potius. Oui. v. met. Cur sis arethusa sacer fons. ¶ Acenet9 pædagogi nomē interp̄tatur. teste Mācinello sine cōmunitate, ab a id est sine, & cenetes.i. cōmunitas. ppriū em̄ spectabat vtilitatē. Iuue. sat. vij. Discipuli custos p̄mordet acenetus ipse. ¶ Aschetos cum ch aspirato equi nomē in. vi. theb. Papi. ¶ Archetypus a. um. cū ch aspirato & y gręco.i. exēplaris, vt sit archetypū vetus exēplar, veluti qđ ipse author fecit ad similitudinē conamur similia efficere, sic dicim9 archetypus liber. archetypa epistola. archetypa vasa &c. ab archeos.i. antiquus, vet9, teste Mācinello, & typos forma, archeos tū penultimā pducit, alij deducūt ab archos.i. princeps, vt sit principalis forma. Iu. sat. ij. Et iubet archetypos pluteū seruare cle[illegible]chas. ¶ Amethystus lapis cōtra ebrietatē valens. Calepinus vult hoc nomen scribi cū th aspirato in. iij. syllaba & y græco, atq; cū th in vltima syllaba ab a.i. sine, & methystis.i. ebri9, vel methe.i. ebrietas. Ne

arethusa.

Acenet9.

aschetos.

archetypus.

hor dicit vltimā syllabā esse sus. sine th ab a. & methysos .i. ebrius. hanc amethystinus vel amethysmus. Nestor carpit Tortellium qui dixerat hoc nomen in .iii. syllaba habere i latinū. Marti. Quū potes amethystinos trientes, phal. est. Prudētius in psyco. Sardonyche pingunt, amethystina pigtia spis. ¶ Archetius viri nomen. Verg. æneid. xii. Ferit ense grauis Tymbræus Osirim. Archetium Mnestheus, epulonē obtrūcat Achates. ¶ Artetius apud Martiū cui plurima pp̄ter errata nullā fidem habeo. ¶ Calpetus viri nomen. Oui. iiii. fast. Et tuus est idē Calpete factus auus. ¶ Capetus viri nomē, Oui. xiiii. met. Clarus subit ecce latino Epytus ex illo, post hunc Capetusq; capysq;. ¶ Chaletus cū ch aspirato, viri nomē apud Papi. lib. ix. theb. ¶ Chrysendetū cū ch aspirato & y græco, vt chrysos .i. aurū dicit vas aureū vel in auro ligatū. chrysodetū vero est auro ligatū. Mart. in fine. vi. libri. Ponūtur semp chrysendetā calpetiano Siue foris seu quū cœnat in vrbe domi. ¶ Calpetianus viri nomē, vide chrysendetū. ¶ Chremetaon viri pprium apd' Papi. vii. theb. Phylea falcato chromin & chremetaona curru. ¶ Cynetes cū y græco tertiæ declinatiōis musca minutissima longis cruribus in capite hn̄s rostrū, q̄ pforat pellē hōis. nascit ex hūore, & iuxta aq̄s abūdat. Corripit teste Calepino. mallē aliud testimoniū. ¶ Darcetis fœmina in piscē versa. Oui. iiii. met. Cogitat & dubia est de te babylonia narre. Darceti, quā versa squamis velantibus artus Stagna palæstini credunt coluisse figura, vt ūs est & corripit, sicr in vii. theb. ¶ Eteretes. & eteteses. Sil. xiiii. Mœnibus eteretū nō fausta ad prœlia minos. ¶ Etion vide e ante e. ¶ Feretrius Iuppiter a fero, aut ferio, vt docet Propert. li. iiii. vbi post multa dicit. Hinc feretri dicta est ara supba Iouis. apocope est p feretrij. Feretrū a ferēdo, capulus quo mortui efferūtur, vel etiā in capitoliū captiui, pinde ac mortui. Seruius & Varro dicūt pheretrū esse græcū, & pinde p ph aspiratū scribi, nam græci pheretra vocāt aurū, argentū, gemmas principū imagines, hostiū spolia, & cætera quæ in pōpa ferebātur. Sil. li. v. Dona Ioui portet pheretro suspēsa cruēto. Idē. Ante syphax pheretro residens captiua p̄mebat Lumina. Verg. æneid. xi. Sed venit in mediū, pheretro pallāte reposto. Procubuit sup. neutram opinionē improbādam cēseo. ¶ Hicetaon viri nomē. vide in primis a ān s Iasius, ergo in. iii. Iliados Homeri recte dixit Nicolaus. Bello præstans hicetaon. ¶ Herpeta morbus apud Macerum. Hipetaon viri pprium. Vale. flac. li. vi. Et nunc magnanimos Hipetaona Gessominūq; Nunc Arimen Nolbūq; notat.

Archetius. Calpetus. Capetus. Chaletus. Chrysendetum. Calpetianus. Cynetes. Darcetis. Eteretes. Feretrius. Feretrū. Hicetaō. Herpeta. Hipetaō.

Heluetij ¶ Heluetij populi. Mantuanus in exhortatione cõtra infideles. Hel
Iapetus uetij tibi dura acuunt venabula & enses. ¶ Iapetus viri proprium.
Oui. in i. met. Quã satus Iapeto mixtã fluuialibus vndis &c. Iapeti
Lãpetiæ des, vide a ante p. ¶ Lampetie es. Solis filia. Prop. lib. iij. Pauerat
Lucetius. hos Phœbo filia Lampetie. ¶ Lucetia Venetię oppidũ. teste Sulpi
tio in illd' Lucani li. ij. Tu quoq; cõmissę nudatũ deseris arcem Sci
pio Lucetię. ¶ Lucetius lingua thusca Iouẽ significat, q; lucẽ dat, qđ
nomẽ apud Verg. solũ legit, teste Seruio in illud æneí. ix. Lucetiũ
portę subeuntẽ ignesq; ferentẽ, sed hic viri nomẽ est. ¶ Macetes ę.
Macetes. vel maceta ę. i. macedo. Sta. in achil. Quo macete sua tela cient, quo
Magetæ. turbine cæstũ. ¶ Magetæ scythiæ populi apud eundẽ in. ij. Achil.
Massage ¶ Massageta æ. vel massagetes æ. scythicus populus. Sil. li. iij. Nec q
tes. massagetẽ monstrãs feritate parentẽ. ¶ Meretrix notũ est, vt mere
tricor. ¶ Nemeta fontis nomẽ. Mart. li. i. Et nemeta quę vincit ni
Nemeta. ues. Iamb. dimeter. hic primus pes dactylic. est. ¶ Obstetrix ab ob
Oretæ stando. vide pacumeius in u ante m. ¶ Oretę populi apud Pri
scianũ in perihe. Post hos Cercetij iuxta, quos Axenus altis Fluctu
Phæton. at æquorib⁹, necnõ Oretęq; feroces. ¶ Phæton, vide a añ e. Tor
Phaetusa tel. male credidit p œ diphthõgon phœton scribi. ¶ Phaetusa phae
tontis soror. Oui. ij. met. Plangorẽ dederant equis phætusa sororũ.
Maxima. hoc quoq; Tortel. male p œ scribit phœtusa. ¶ Penetro
cum suis notũ est. ¶ Pharetra. Oui. ij. met. Exuit hic humero pha
Penetro. retrã lentosq; tetendit Arcus. ¶ Pheretrũ dictum est in feretrum
Pyretrũ. ¶ Pyretrũ cum y græco, hærba apud Macrũ. ¶ Palpetus viri no
Palpetus men, teste Goudano. ¶ Phlegeton fluuius infernalis semp ardẽs.
Phlegetõ Claud. in. i. de raptu pserpinę. Aequora gurgitibus phlegeton plu
strat anhelis. ¶ Peuceti⁹. Oui. xiiij. met. Peucetiosq; sin⁹ Mesapiaq;
arua relinqt, sed Regius puteolos legit. ¶ Pometij orũ. vel singu
Pometij. lariter pometia æ. Italię oppidũ, vide i ante n. Inuus. ¶ Suffeti⁹ ali
qui p t scribunt. multi p c. vide suffecius e ante c. ¶ Taygetus & tay
gete, vide a ante i. ¶ Temetũ, opinor rectius pduci quia apud Iu
uenalẽ quidã duxerat, nõ deduxerat legunt ¶ Theletusa mulieris
Theletu pprium. Mart. lib. viij. Si Theletusa venit, pmissaq; gaudia portat.
sa. ¶ Trieteris, dieteris, trietericus, dietericus, vide e ante r. ¶ Triquetra
Triqtra. sicilia. a figura. nam triquetrus triangularis est. Sil. lib. v. Huc ætnęa
cohors triquetris quã miserat oris. ¶ Thyrsagetes, vide a ante g.
¶ Vegetus & vegeto as. testimonia facile occurrent. ¶ Venetus ve
Venetus. netiæ, venetia sic viri nomẽ henetus vnde hæc deriuata dicunt, vt
ab hesperus vesperus. vide e añ s. rhesina, nec ausim pducere vene
tia cũ Petrar. in. iij. li. epist. dicente. Alterq; venetia mũdus. Nestor

tamē ꝑpter tot breues Petrarchæ suffragaꝛ, nec multū refragandū censeo. ¶ Vietus variatur & est naturalibus destitutus viribus. a vieo es. Lucret. lib. iij. Nec supra caput eiusdē cecidisse vietum. Vestem sentimus. Hora. in epodo. Ode. xij. Quis sudor vietis & q̄ malus vndiq; mēbris Crescit odor. Vietus

Ae ante t, agretius teste Agretio. Cynetha cum y greco, & th aspirato, capre nomē. ¶ Diæthus historicus cū th aspirato, teste eodē. Diæta cœnandi locus est, & victus a diapoamę. i. viuo & cōuersor. diæta quoq; est iudicij locus. Nam dieteo. i. iudico, vt arbiter. Dietarij qui diete seruant. Dietitę. i. arbitri. Indocti diætā putēt esse vnius diei iter. ¶ Melanchetes canis nomē interpretaꝛ nigram iubam habens. Cheten cū ch aspirato iubā dicimus, melā nigram. Oui. iij. met. Prima melanchetes in tergo vulnera fecit. ¶ Menelætus aquilæ species. ¶ Niethus cū i latino, fluuij nomen. ¶ Panetius philosophus. Philetas poeta. Panetolium Aetolię maximus mons, tanq; totam cōtines ætoliam. Ae añ T.

Oe ante t Damœtas viri nomē. Menœtius, vnde menœtiades. ¶ Oretes æ. sardiū prefectus. Propetides Deucalion. Polypetes Pirithoi filius. Timœtes Priami filius. Timœtas viri nomē, teste Tortellio, ad quē & Georgiū vallam cū Guarino & Nestore recurres, vbi Despauteriana diligētia quicq; dubitabis. Oe añ T.

e Ante v producitur, vt parasceue præparatio, a parasceuaso. i. ꝑparo. nō vt indocti dicunt a para, & scæua, primā corripit tantū, ideo (vt notauit Nestor!) male dixit Riga in Luca. Post parasceuē lux quæ sequtur phariseos, vbi secunda in phariseus male corripitur, quia rectissime scribitur gemino ss pharisseus. Beneuentum oppidi nomen cōpositione noscitur & per compositionē longeuus diphthongon obtinet E añ V.

i Ante b corripitur, vt delibutus contra multos vide e ante l. sensibilis corripitur a Lucretio. alia in bilis a verbis quartæ, vt ipsum sensibile volunt variari. Sed melius dicit Aldus, Nomina in bilis & bundus a supinis formata pænultimam supini imitari, vt deletum delebilis. scitum scibilis. cupitum cupibilis, petitum petibilis, notum nobilis, volutum volubilis, solutum solubilis, sititum sitibundus, quæ producuntur. Contra corripiūtur territum terribilis. moritum moribundus. statum stabilis, quod Priscianus cōtra primitiui naturā dicit corripi, quia statum a sto putat produci. I añ B.

Exceptio.

oribasus. ¶ Oribasus nomē canis, vide Lælaps æā n. I. interpretat̃ mõtes ascēdens. Nam oros mons est, bęno. i. ascēdo, & ita videtur ꝑduci cõtra regulā de I in compositione.

I añ C. Ante c corripit̃, vt Epicurus, quod Petrarcha in. ij. li. epist. ad Guilielmū Veronēsem male ꝑduxit. Orichalcum in arte Horatij, licet græce ꝑ ei diphthõgon scribatur teste Politiano li. i. epist. Aedicula. Iu. sat. viij. Siquis in ædicula deus vnicus. Notentur e longis deducta fœlicito, cornicula, cornicor, radicitus.

Exceptio.

In icus ¶ Produc ex barbaris deducta nomīa in icus, qualia sunt plurima Gotthorꝶ, Vandalorū, germanorꝶ & aliorum barbarorꝶ nomīa apud veteres latinos vix repta. vt Henricus, Vlricus, Alaricus, Federicus, Lodouicus, Athanaricus, Rodoricus, Gensericus, & cętera quæ nõ minus ꝑducēda sunt, ꝙ Iacobus Iosephus Adamus &c. licet nõnulli male ausi sunt corripe. Claudianus in. vi. cõsolatu Honorij. En Alaricus ait nõ qualem nuꝑ ouātem Vidimus. Mantuæ in exhortatiõe cõtra infideles. Henrice silebo, finis ꝟsus est. Philelp. ix. ij. Qui finē in vita nullū nec rebus agēdis Cõstituit Frederice sibi rõne carere Arbitror. Nestor scribit Fœdericus ꝑ œ diphthongon in prima syllaba a fœdus, & ideo dicit penultimā corripe. Bebelius credit a fœdus & ico dici. Ego facile crediderim Fredericꝰ dici ex barbaro frideric. Nebrissensis vult similiter Theodoricus penultima lõga dici a theodoric. Ego puto etsi Gotthorꝶ regis nomē fuerit, a latino, vel si mauis græco theodorus vel theodoros deduci, vt a gallus gallicus &c. & ꝑinde penultimā corripi. Licet li. viij. dicat Sidonius Theodorice tuæ manus rogant, ꝑhal. est. vt in laudibus Narbonis Theodoricus amat sibiꝗ fidum Aduersos ꝑbat ante ꝑ tumultus, in quibus synæresi vsus est. Quæ aūt e latinis aut græcis deducūtur, ꝑpria in icus corripiūtur, ideo male de oībus intelligit̃ illud Alexandri. In ꝑprijs icus ꝑducit̃, vt fredericus. Corripiūtur itaꝗ hæc & lõge plura. Mylicus, melicus, rusticus, monycus, ibycus, eutychus, autolicus, stoicus, vrbicus, gallicus, germanicus, dñicus, garricus, atticus, persicus, getulicꝰ, põticꝰ &c. Testimonia facillima inuētu sunt, lege si dubites Nestorē. Mart. lib. viij. Quiꝑpter cœnā Rustice cędo cocū. hic rusticus viri ꝑpriū est, ideo ꝑ diui Dionysij socio turpissime ꝑducitur. At pulchre sunt differētiæ, (inquiet aliꝗs) Rusticus arua colit, Rusticus ad æthera scādit. Est He

(margin notes: fredericꝰ; Theodericus)

lena meretrix, crucis inuentrix sit Helena. Aequora sunt maria, est virgo materq; maria. Cur nō itidem recipitis hos versiculos? Donatus est doctor, sed donatus datus extat. Vrbanus est sanctus, vrbanus habet honestus. Mobile fœlicis, fixū sibi fœlicis optat. Si has & similes mille nugas effutiuisset Græcismus aliquis vel Alexander iam essent barbaris tanq; delphica oracula, ideo tenaciter inhærent semel male recepta. Profecto hæ nugæ, etiā viros alioqui doctissimos in errorem duxere, veluti Gaguinū cum quodam non indoctiore dicentē. Sic me (credē) tui versus dñice leuarūt, Vt solet ægrotos dum venit alma salus. potuisset recte dicere Mancine. ad mācinum eīn scripsit. Quæ tamē e longis sunt, pducunt, vt a nice .i. victoria philonicus, stratonicus, olympionices, polynices, hipponicus &c. quæ sunt fere virorū ppria, vt Berenice & Veronica mulierum, & thessalonica oppidi cum th aspirato, vt thessalus. Clau. lib. ij. in Rufinū Tangebat macedū fines murosq; subibat Thessalonica tuos. Papi. lib. x theb. Cōmendat honorē Frontis & oblatā Polynicis munere grato Loricā. fit a poly ideo in secūda y græcū seruat. Iu. sat. vi. Grandia tollunt crystallina, maxia rursus Myrrhina deinde adamas notissimus & berenices In digito factus preciosior ¶ Berenicis idis. oppidū. Sil. lib. iij. Affuit vndosa cretus berenicide miles, sic eunicæ &c. ¶ Amicus inimicus & q̄ hinc fiunt. Persius. Es modicus voti, presso lare, dulcis amicis. Amicio hic nō est ideo corripit, vnde amictus &c. Amycus viri, ppriū cum y græco naturaliter corripit. Verg. Nūc Amyci casum gemit. frequēs est in Valerio flacco, nec corripit ad differētiā appellatiui amic9, est eīn hoc latinū, illud græcū a græcis nostri amicus nullā rationē habentib9 pcul dubio semp correptū, vt ab Homero &c. Nā eiusmodi differentiā ponere, sapit nescio quid triuiale, quale inter rustic9 cōmune & rusticus, ppriū, barbariei primipili excogitarūt, quæ res doctissimos quoq; decepit vt frequēter notaui. Ergo si quispiā ab amicitia nomen aut cognomē nancisceret, is amic9 penultima lōga diceret veluti in multis factū tam longis q̄ breuibus, veluti Rusticus, Seuerus, Maximus, Barbara, Regina &c. ¶ Anticus, pducit vt posticus. ¶ Apricus apricari, sole gaudens & sole gaudere. Persius sat. v. Ciccer ingere large Rixanti populo nr̄a vt floralia possint Aprici meminisse senes. ¶ Apicius viri ppriū. Mart. lib. iij. De nullo quereris, nulli maledicis Apici. ¶ Aricia hinc aricinus a. um. vrbs italiæ Ver. vij. æneí. Virbi9 insignē quē mater aricia misit. Hora. vlt. epist. Emptor aricini quondā Veientis & arui. ¶ Aequicolus, vide æ diphthōgon ante q & sine diphthōgo equicolus, vide ibidem.

Thessalonica. Polynices. Berenice. Berenicis Amicus. Amycus Apricus. Apicius Aricia.

Caicus. ¶ Caicus fluuius. Ouid. in. iij. de arte. Quæq; bibunt vndas Mysæ Caice tuas. pro monte similiter pductū legi & p viro apud Verg. æneí. i. Caici quoq; populi sunt germaniæ. Luca. in. i. Et vos crinigeros bellis arcere Caicos. ¶ Craticula a cratis diminutiuū. Mar. in apo. Parua tibi incurua craticula sudet offella. Petrarcha nō male corripuit teste Nestore dicēs. Craticulā & gemino fœcundū martyre bustum. ¶ Canicula. Persius. Sed quid agis siccas insana canicula messes Iamdudū coquit. sic cæteri. ¶ Clauicula nescio an vsq; corripiat. Producit certe a Germanico in Arato. Qualis ferratos subicit clauicula dētes. ¶ Cuticula. Iu. sat xi. Nostra bibat vernum cōtracta cuticula solē. Persius. Semp & assiduo curata cuticla

caprific9 sole. ¶ Caprificus quia a ficus est. hinc caprificari. caprificatio &c. Persius rupto iecore exierit caprificus. Caprifici sunt etiā caniculares dies. ¶ Cuniculus vide u ante n. ¶ Corycus certe corripit. vt patet in o ante r. Priscianus tamē in perihegesi ausus est pducere

conuiciū ¶ Cuticus. Conuiciū a vicis dictum in qbus plurimū fit. vel a vocū multitudine (vt Festo placet) quasi conuociū. Mart. lib. iij. Lis erit ingens faciet cōuicia voce. hinc cōuiciari verbū. ¶ Ceruical. extrico. fœliculus. meretricula ex primitiuis noscunt. ¶ Embric9

febricito teste Sulpitio. ¶ Equicolus vide æquicolus. ¶ Febricito nescio an veter: quisq; corripuerit. notaui nup pductionē apud Mart. li. xi. Febricitantē basiabit & flentē Scazō est. quare cū Macro nō corripiam. donec correptio ex veter: aliquo nota fuerit. ¶ Febriculosus q̄q; pducit. ergo & febricula vt opinor. vide e ante b febris.

Iunicēs. ¶ Formica. vide a ante d Cicada. ¶ Iunices pducit p cremenū. quia puto singulare esse iunix. & sunt iunices iuuencæ adhuc tenere ætatis q̄ vitulæ esse desierūt Persius. Tot tibi quū in flāmas iunicum omenta liquescāt. ¶ Labicū & labicus. labica. vide a añ b. Lorica Oui. iij. met. Loricæq; mō squamis defensus & atræ Duricia pellis.

Lectica ¶ Lectica lecticula. Mar. li. ix. Dat tibi securos vilis lecticula sōpnos Peruigil in pluma Caius ecce iacet. sic est in libris q̄s vidi. Nestor tñ

Lūbric9. legit tegeticula. ¶ Lumbric9 vmis terrenus a lubricitate dictus. Serenus. Lumbrici quoq; terrestres nascent oliuo. Macer. Lūbricos

Marica. ventris hāc sæpe bibendo necabis. ¶ Laserpicium. vide a ante s. ¶ Marica mater Latini. Verg. vij. æneí. Hunc Fauno & nympha genitum laurente Marica Accipimus. Et etiā oppidi nomen vt dicūt Lucani interpretes in illud lib. ij. Per regna marice. est finis vsus. ¶ Matricida necessitate quadā apud Ausoniū vt dictum est.

Mauric9 ¶ Mauricus viri pprius iustissimi. Mart. lib. v. Probitate Marcos. æq

Myrica tate Mauricos. scazon est. ¶ Myrica cum y græco in prima humi.

le virgultū nascitur in italia alio nomine dicitur tamarica. Vergil. Non om̄es arbusta iuuant humilesq; myricę. ¶ Mendicus & verbum medico as. vide tetricus e ante t. ¶ Multicium vestis. Iu. sat. ij. Quæro an deceant multicia te stem. nōnulli p t multitiū scribunt & dicit a multus &c. ¶ Nasica viri nomen. Hora. sat. xv. Filia Nasicæ metuētis reddere soldū. Nasica etiā vrbs Indię est, at p au diphthongō Nausicaa fuit Alcinoi filia, vide a ante a. ¶ Nouici⁹ sed multi p t nouitius scribūt. Iu. sat. iij. Tetrūq; nouici⁹ horret Porthmea. ¶ Numicius viri & fluuij nomē rectius pducit, tetrasyllabū est non (vt quidā putant) trissyllabū Numicus. Oui. iiij. met. In freta flumineis vicina Numicius vndis, sic recte tredecimi ęneidos author ex Ouidio dixit. Vicina Numicius vndis. Verg. æne. vij. tyrrhenū ad tybrim & fōtis vada sacra Numici p numicij apocope, vt apd' Horatiū in xix. epist. Brundusiū Numici melior via ducat an appi, at in alia epist. apd' eundē vtūs est. Nil admirari prope res est vna Numici. Nutrico as, pducit ab Herasmo dicēte. Atq; eadē tellus succo nutricet eodē. ¶ Pædico nomē & verbū a pæs pædos. i. puer, in priapęis dicit habere primā syllabam quę est in pęnelope, ergo pęnelope in prima videt habere æ diphthōgon. Mart. Pædicat oros, fellat linus, olle quid ad te: Idem. Concisis natib⁹ nō est pædico maritus. ¶ Palicus, ethnicus deus, fuerunt autē palici duo quorū mater Thalia ex Ioue grauida, metu Iunonis optauit sibi terrā dehiscere, qd' factū est, sed tpe partus rursus exhibiti sunt filij quos ob id palicos dixere, de qb⁹ pulchre Macrob. in. v. li. sat. Dicunt autē palici a palin. i. rursus, & ikin venire author Seruius in ix. æneі. Oui. v. met. Stagna palicorū rupta feruētia terra. Sil. Et qui pręsentes domitant p iura Palici. ¶ Postic⁹. Persius. Posticę occurre sannę ¶ Pudicus. Oui. Lis est cū forma magna pudicitię. ¶ Phericus & pdicus vt quidā volunt. ¶ Phœnicopterus, vide œ añ n. ¶ Periculū. Ouid. iiij. met. Quantaq; vitarit narrare pericula gestit, pro experimēto putant corripi, testimoniū desydero, & dum id detur pducere audebo. In priapęis legit inepte pudicitior p pudicior in hoc scazonte. Licebit ipsa sis pudicior Vesta.

Nasica

Nouici⁹

numici⁹

Pædico

Palicus

¶ Pediculus a multitudine pedum vermiculus capitis, nec a pæs. i. puer dicitur contra multos, quia prima corripit, hinc pediculosus, p quo apd' Martialē ineptissime legit periculosus, vt cū Nebrissensi sentio, q in nomiato libro attulit hunc ṽsum. Et menti dn̄s pediculosi, quē magno labore quęsiui, quia q̄uis legerā Martialē, tamē hūc ṽsum non animaduerti, tandē repperi in li. xij. Hinc mēti dominus periculosi, vbi legi debet hinc mēti dn̄s pediculosi, phal. est.

Pedicul⁹

Subijciam totum pœne Epigrāma ne quis dubitet pediculosi venuste, periculosi vero insulsissime legi.

¶ De importunis Basiatoribus.

Tantū dat tibi roma basiorꝝ Post annos mō q̄ndecim reuerso, Quantū Lesbia nō dedit Catullo. Te vicinia tota, te pilosus Hircoso premit osculo colon⁹. Hic instat tibi textor, inde fullo Hic sutor. mō pelle basiata, Hinc menti dn̄s pediculosi, Hinc defiosculus & inde lippus, Iam tanti tibi nō fuit redire. Pœnultimū ꝟsum pueris indignū reliqui. ¶ Petricosus. i. molestus a petris dictum nomen, nō ausculto Domitio qui a tricis dici putat. Mar. lib. iij. Res petricosa est Cotile bellus homo. ¶ Rubrica, vide v añ r. masurius. ¶ Redimiculū & siquid aliud in iculum est a ꝟbis q̄rtę. Iu. Paulatim qui lōga domi redimicula sumunt. ¶ Saticulus cāpaniæ populus, vide arunci a ante r. ¶ Sophopichion. Catul. dij magni sophopichion disertū Othonis caput oppido pusillū. Phaleuci sunt. alij legūt holopichiū qđ interpretat̃ totus cubitalis, nam Pichys cubitus est, alij salapentiū, atq; alij aliter. ¶ Siticula siticulosus. Hora. in epodo ode. iiij Siticulosę apulię. Iambicus dimeter. primus pes iambus est quia pyrrhiciū non admittit ratio carmīs in prima regiōe, sed nec vsq;, quia Vltima cuiusq; est cōmunis syllaba versus, Manifestū est qđ dico ex Priapęis. Non sturnus mihi gracchulusue raptor, Aut cornix anus aut aquosus anser, Aut coruus nocuit siticulosus. Phaleucij sunt. ¶ Sompniculosus. Mar. li. iij. Sompniculosos ille porrigit glires. Scazon est. ¶ Tegeticula, vide i ante c lectica. ¶ Triuicus pagus italiæ, vide a ante p. apulia. Tibicen patet. ¶ Vaicus viri nomē. Sil. lib. i. Stantem ꝓ muro & mutantē mēbra Vaicum. ¶ Vaticanus variat̃. Mar. lib. i. In vaticanis cōdita musta cadis. Iu. sat. vi. Et vaticano fragiles de mōte patellas. Hora. i. car. ode. xx. Redderet laudes tibi vaticani Mōtis imago. sap. cum adonico. Petrarcha inepte etiā primā corripuit dicens ad Benedictū. Diceris & claustro vaticani corpus humandum. In multis iam dictis q̄ vident̃ ꝑ naturā corripi, vt canicula, cuniculus craticula, clauicula, siticulosus, pediculosus &c. mallē veterꝝ authoritatem sequi q̄ grāmaticorꝝ p̄cepta, siquis tamē hęc corripuerit tolerabit̃, si in cæteris vetustatē inuiolatā custodiuerit. ¶ Veronica dictum est. ¶ Vmbilicus. In Priapęis. Ne quicq; sibi pulset Vmbilicum, phal. ē. Horat. in epo. ode. xiiij. Ad vmbilicū ducere. ꝟsus est iambicus dimeter. ¶ Vepicus quia a picus est. Sil. viij. Vepic⁹ quondā venerabile nomen ab alto Saturno. ¶ Viticula a vitis, sed forte vitecula legendum est a vites vt Badius ait. Verg. In diris.

Redimiculum. Saticulus Sophopichion Siticula Siticulosus. Sompniculosus Triuicus Vaicus. vatican⁹ Vepicus. Viticula.

Dulci nãq; tumet nõdum viticula Bacchi. ¶ Vrtica, vide o añ s. rosa. ¶ Vesica vel vensica a vento vt Capro placet, vide pepedi in preteritorũ geminatiõe. ¶ Vstica mõs in sabinis, & insula iuxta siciliã atq; in ea vrbs. Hora. lib. i. car. ode. xvij. Valles & vsticę cubantis leuia Personuere saxa. duo sunt versus prior. Iam. di. hyp. catalecticus, secũdus alemanius dactylicus tetrameter. Vstica.

I añ D.

Ante d corripitur, vt præsidium, & composita bifidus, trifidus, recidiuus, pfidus a fides, sed a fido infid9 pducitur. Notetur e lõgis composita, occido, trucido a cędo, cõsydero, desydero, desyderiũ & pprium Desyderius. Hora. Tu quid ego & popul9 mecũ desyderat audi, reliquorũ testimonia facile occurrent. Catul. Cum desyderio meo nitenti. phal.

Exceptio.

¶ Produc in ido denoĩatiua, quia sunt formido, libido, cupido tã p cupiditate q̃ p deo amoris. Myrmidon corripit etiã si myrmido dicat, quia de latinis intelligimus quorũ gtũs in inis desinit. Ido.

¶ Produc masculinũ in ides ab eus, vt Pelides, Achillides, phoronides, pmethides, Neoclides, dryanthides, coronides, thesides, Tytides &c. ab us vero pauca pducũtur vt Lycurgides, Belides & (vt Nestor vult) bacchides æ. sed testimoniũ desydero. Bacchides is. viri ppriũ corripit a Riga dicẽte. Alcimus hoc spatio rediens cũ Bacchide pugnat. Reliqua patronymica in ides nõ ab eus corripiũtur, pter forsan paucissima. corripe itaq; priamides, Iapetides &c. Oui. li. iiij. fast. Nulla Coronide causa doloris erat, a coroneus. Indocte dicit Bebelius hoc nomẽ aliquãdo corripi vt in. ij. met. Cum iuuene Hæmonio vidisse Coronide narrat. vbi dupliciter fallit Bebelius homo alioqui doctissim9, neq; ẽm Coronide legendũ est a coronides vt sit cũ coronide iuuene hęmonio, quia nõ solum pęnultima p systolen corriperet sed etiã vltima, ideo recte legendũ est coronida in accusatiuo a coronis. Cũ iuuene hęmonio vidisse coronida narrat. hoc est, coruus dicit se vidisse coronida amicã Phœbi cũ iuuene quodã hęmonio, nominatiuũ ante posuit. Pulchrior in tota q̃ Larissęa coronis Nõ fuit hęmonia placuit tibi delphice certe Ait idem Bebelius qđ de pductione ides ab eus dicit intelligi debet nisi fiat synęresis, aliter ẽm corripit, vt illud rauci Theseide codri. Tollit preterea Phoronides, pter illud Ouidij. ij. met. Vendicet antiquã faciem, vultusq; ferinos Detrahat, argolica qđ in ante phoronide fecit. In vtroq; fuit indiligẽs Bebelius quia hi ablatiui theseide & phoronide nõ sunt a masculinis in des, sed a noĩatiuis in is q̃ pęnultimã gtĩ semp corripiũt, siue synęresis sit siue nõ, siue ab eus fi-

Ides.

Coronides.

Bebelius

at siue aliunde. vt phoronis idis.i. Io ide qua in versibus iam dictis meminit Ouid. ab phoroneus vnde masculinũ penultima longa phoronides. Theseis idis. vt Aeneis idis. poema de theseo &c. Ouid. in Ibin. Vtq; lycurgidem iactauit ab æquore natum. Apud Verg. in.ix. Sit satis Oenide telis impũe Numanũ Oppetijsse tuis. œnides ab œneus est nõ ab ęneas, vt etiam memĩt Seruius. Verg. Belidę nomen palamedis &c. belides plurale corripitur quia est a belis idis.

Abydos ¶ Abydos vel abydus cũ y græco Asię vrbs. Verg i. Gæor. Pontus & ostriferi fauces tentantur Abydi. hinc abydenus a.um. &c.

Acidia. ¶ Acidia.i. ignauia, inertia, tædiũ, quod per e acedia rectius dici potuisset, vide a ante c.

Acidalꝰ. ¶ Acidalus fons in Orchomeno Veneri sacer, vnde Venus Acidalia dicitur. hinc acidalius a.um.i. venereus. Mar. lib. ix. Nomen acidalia meruit quod arũdine pingi.

Alcides. ¶ Alcides.i. Hercules, vide e ante p. Tlepolemus, forsan ab alceus patronymicũ est, vt adir machides & acarnides.

Alybide. ¶ Alybides cum y gręco in secũda syllaba populi quidã, vnde priapus dictus est alybida Verg. in coppa. Huc Alybida veni, fessus iam sudat asellus.

Calidon. ¶ Calidon vel per e. potius caledon sylua Britãnię vt docet Omibonus in illd' Lucani. vi. Vnda Caledonios fallit turbata Britãnos, penultimã genitiui corripit quã pducit per y gręcũ calydon quod secundam corripit, & est ætolorũ vrbs. Verg. Quod genus aut Lapithis tantũ aut Calydone merente.

Chelidõ. ¶ Chelidon onis. penultima genitiui correpta.i. hirundo, vnde dicta est hærba chelidonia quã oculis esse salubrẽ ostendere dum venenatis pullorũ oculis illa medetur.

Chelidonia. Macer dum alterũ recte ponit, alterũ maculat dicens, Indeq; nomẽ habet chelidonia, nãq; chelidon Dicĩ hæc volucris græcorũ more vocari. longe libẽtius sequar doctissimũ Columellã lib. xi. dicẽtem. Purpureęq; chelidonię, pinguesq; mariscę. Serenũ quoq; dicẽtem. Sæpe chelidoniã cum succo lapathis addes. Est quoq; chelidonia lapillus ꝓciosus, & quędã regio eadẽ semp quantitatẽ retenta. Priscianus in perihe. Partibus extremis pãphylia clauditur Istro. Atq; chelidoniæ rupes cingũtur eodẽ. ¶ Crepida licet a græcis ꝓducatur, tamẽ latini quos sequemur qui latine scribere volumus tantũ corripiunt. vt Persius &c.

Dauides. ¶ Dauides æ.i. dauid iudeorũ rex Fortunatus. De magno magnꝰ dauides scripta reliquit. ¶ Euclides Sido. in laudibꝰ Narbonis. Euclides spaciũ sciẽs olympi. phal. est. Mart. lib. v. Ducenta clamat coccinatus Euclides. Scazon est.

Elegidiũ. ¶ Elegidium diminutiuũ ab elegia, vt epistoliũ ab epistola. Persius Non hic est ilias acti Ebria veratro non siqua elegidia crudi Dictarunt proceres.

euripides ¶ Euripides vtrobiq; cum i latino, teste Georgio

Placentino, Sidonius ad Foelicem. Orchestram quatit ater Euripidis. & in laudib⁹ Narbōis. Cessissent Sophocles & Euripides, phal. sunt. sic idem semp. Petrarcha tamē & Philelphus ausi sunt corripere, sed hi vt ille interim a veteribus deficiunt. Sidoniū tamen nunc imitādum credo. ¶ Fastidio fastidium vtrūq; est in secunda ecloga Vergilij, apud quē (nisi codex mendosus sit vt esse suspicor) in Ciri, frigidulus cōtra primitiui naturā ꝓducitur. Hinc magno generata Ioui frigidula sacra, notat hoc Badius. ergo vt frigid⁹ ita fridulus tantū corripe. ¶ Formido as. verbū notum de nomię dictum est. ¶ Godofridus aut Godofredus viri nomē. ¶ Isidius ab isis, vide i ante o. Io. ¶ Laydes per y græcum viri nomen, teste Calepino dicente heraclides corripi quod Bebelius vult produci quod placet. ¶ Meridies dictū est in regła cōpositionis de i. ¶ Nesidę populi in perihegesi. ¶ Posides spadonis nomē. Iu. sat. xiiij. Vt spado vincebat capitolia nostra posides. ¶ Pisidei populi apud Priscianū in Dionysio. ¶ Phasides viri nomen scio produci licet testimoniū mihi exciderit. ¶ Pherecydes cū y græco poeta græcus phthiriasi interijt. Serenus. Sed qs nō paueat Pherecydis fata tragœdi, Qui nimio sudore fluens aīalia tetra. Eduxit turpi miserū quę morte tulerūt. ¶ Postridie vt pridie cōtra Sulpitium & plures qui aut nesciuerūt aut dubitauerūt harum dictionum mēsus. Ego itaq; primus hāc rem enucleabo ex oratore celeberrimo Quintiliano, cuius verba in li. ix. de cōpositione hęc sunt. Creticus est initijs optim⁹. Qđ ꝑcatus a dijs im mortalib⁹ Et clausulis. In cōspectu popłi romani vomere postridie, hic stridie est creticus, i. amphimacrus pes ex breui inter duas lōgas. Quod autē creticus sit amphimacrus patet ex eodē lib. vbi dicit. Media inter longas breuis faciet amphimacrū, sed frequētius eius nomē est cretic⁹. Et ex Apuleio prima apologiæ orōne vbi hic est iambicus trimeter Cōuerrito rem pridianę reliquię. vbi reliquię singulare est. ¶ Thucydides cum th aspirato & y græco in scđa syllaba. Catul. Thucydides tyrānus atticę febris. Scazon. nescio tamē eum v̄sum apud Catul. repire, historici nomē est. ¶ Vectidius viri nomen. Persius. Quæsieris, nostim vectidi prędia? cuius. ꝓ vectidij p apocopen. ¶ I ante f nō inueni nisi in cōpositis quę corripiunt. vt scęnifactor licet Arator produxerit.

Fastidio. Godofridus. Isidius. Nesidæ. Posides. Posidei. Phasides. Pherecydes. Postridie. Pridie. Thucydides. Vectidi⁹. I ante F.

I añ G.

Ante g corripitur, vt corrigia male productū ab Aratore. Vide a ante m. calciamentum. mitigo, leuigo clarigo, litigo. porrigo verba quia videntur esse oīa ab ago. vt mite ago, clarū ago, litē ago, porro vel procul ago &c.

Notentur e lōgis composita, vt affligo, infligo. ꝓfligo etiā prime verbū infrigido, refrigero, infigo, de pygis & phylopygista, videi ante g pyga. bene ꝑfecto dixit Petrar. in. i. aphri. At captum primo ꝓfligatumq; secundo Est bellum, male autē dixit Macer Et sic sub dio prius infrigidata bibatur.

Exceptio.

Igo. ¶ Producunt in igo noīa, vt porrigo morbus & minutus furfur. Iuue. sat. ij. grex totus in agris Vnius scabie cadit & porrigine porci Siligo inis. tantū fœminini generis vt recte docuit Badi⁹ noster cō

Siligo tra sintheniū, male dicit in Calepino corripi. Iu. sat. v. Sed tener & niueus molliq; siligine factus. Idem. Tot medicamibus coctæq; siliginis offas. Mar. lib. ix. Illa siligineis pinguescit adultera cunnis. Falsus itaq; est ꝟsiculus. Si bona sit siligo veniet bonus ille siligo Sic

Auriga origo, lolligo, vertigo, vligo, fuligo, caligo. ¶ Auriga cœ. & ꝟbū aurigor aris. Oui. ij. met. Hic situs est Phaeton curr⁹ auriga paterni

Caligo ¶ Caligo as. obscurus sum. Verg. ij. ęnei. Caligat, nubem eripiā &c. ideo Petrarcha hallucinat in. vij. aphricę dicēs. Est mihi ꝓpositum quoniā caligātia mūdo Lumia sunt ꝓpius vestris accedere terris. Caliga autē & hinc ꝟbum caligo corripi notissimū est. ¶ Diapi-

Diapiganon. ganon ex ruta medicamentū apud Macrū de ruta. Ex hac antidotum nō paucis vtile causis. Conficit, medici dicūt diapiganō illud, Piganō in græca lı̄gua quia ruta vocat. ¶ Eryginus viri nomē,

Erygin⁹ Castigo. teste Goudano. ¶ Castigo ꝟbum ꝑtereundū nō est. Iu. Tristibus

Fastigiū. obscœnis castigas turpia quū sis. ¶ Fastigiū rei summitas. Iu. sat. iij. Ex humili magna ad fastigia rerꝫ Extollit, quoties voluit fortu-

Fatigo. na iocari. hı̄c fastigiare verbū. ¶ Fatigo. Verg. Terga fatigamus

Læstrygones. hasta &c. in. ix. ænei. ¶ Lęstrygones Italię populi quōdam, quorꝫ rex antiphates fuisse dicit, hinc lęstrygonius a. um. Sil. li. vij. Littora Caietæ lęstrygoniosq; recessus. Tibul. lib. iiij. Incultos adijt lęstrygones antiphatēq;. Sido. ad Fœlicē. Et lęstrygonij famē tyrāni, sic cæteri. Ideo idem min⁹ docte dixit ad Maioranū. Lęstrygones nos esse putat monstrūq; tributū. scribit aūt p y græcū in secūda syllaba & æ diphthōgon in prima. In correptiōe ne Sidoniū imiteris.

¶ Origanū hærba, nam græce scribit p ei diphthongū, quæ in e lō-

Origanū gam vel in i longā vertitur. Itaq; origanū correptis prima & tertia secundā ꝓducit, vt ex græcis poetis Nicādro & Atheneo docet Georgius Merula cōtra Calderinū, qui teste etiā Nebrissensi male legit apud Mart. lib. iij. Deposui soleas: affertur ꝓtinus ingens Inter lactucas origanūq; liber. quia recta lectio est oxygarꝫ. i. acutū garꝫ

vt pote ex aceto & oleo, cum quo lactucę sumunt, & est periphrasis principij cœnę. Macer igit male dicit, Origani vires &c. ¶ Quadrigę pduci notū est vt bigę. ¶ Salpiga serpentis nomē. Luca. li. ix. Quis calcare tuas metuat salpiga latebras. ¶ Vectigal. Hora. i. ser. Iurgat verbis ego vectigalia magna. ¶ Vestigo as. & vestigiū, sic inuestigo, puestigo. Verg. in moreto. Vestigatq; focū &c. Sedulius in fine p syncopā vestigis p vestigijs dixit, nō ausim imitari. quadrigę Salpiga. Vestigat.

Ante I corripitur. vt consilium, pestilens, hersilia, inqlinus. Vergili, vigili, pōpili, & alij a breuibus vocatiui quos rōne accētus nunq; opinor nō corripi, contra Sulpitium, donec ex fide digno contra me proferātur testimonia. Oui. in priapęis. Si paup mihi sit vel inquilinus, phal. est. Mart. li. x. Pro pudor hersilię ciuis & ægerię. Horat. lib. i. car. ode. xxiiij. Nulli flebilior q̄ tibi Vergili, & alibi. Adduxere sitim tēpora Vergili. asclepiadęa sunt, ideo teste etiam Nestore nō recte dixit Arator. Publica libertas sanctissime papa Vigili Aduenit. Nam vigilius a vigil dicitur & proinde corripitur, sic Basilius corripitur vt opinor, veluti Basilius viri propriū apud Iuuenalē. Mātuanus tamē vocatiuū basili pduxit, forsan pter dictum Verulani, ego tamē nō ausim imitari. ¶ Notetur e longis cōposita, vt primipilus dux quadringentorū militum in prima acię, siue quibus cētutio primę cohortis hinc primipilaris. Herasmus, Primipilari duce quo triūphant. Argiletū locus romæ ab Argi morte dictus. Mart. lib. i epig. Argi nẽpe soles subire lętū, phal. est. Cōpilo, suppilo, expilo, oppilo, a græco verbo pileo. i. cōplano & ęquo pro diripere & surripere, nā qui diripiunt domū vel quid aliud. videntur rem ęquare ac cōplanare, etiam quo pacto pulchrius domū complanaueris q̄ quicquid in ea est auferendo? Lucre. lib. vi. Fluctibus aduersis oppilare ostia cōtra. i. occludere. Oui. xiiij. met. Expilatq; genis oculos. i. deripit, spoliat, non autē est hic pilos extrahere, vnde expilare hæreditatē vel suppellectilē, vnde est titulus de crimine expilatę hæreditatis. Cice. Si socium spolias, ærarium expilas. Horat. sat. i. Iam satis est ne me crispini scrinia lippi. Cōpilasse putes verbum nō amplius addam, indocti capiunt pro colligere. Quæ a verbo pilo. i pilos extraho, fiunt corripiuntur. vt depilo: Mart. Cui prestas culum quē labiene pilas. Idem lib. ix. Quū depilatos chreste culeos portes. Scazon est, notent geminata, cordilla, agilla, pōpillus, pōpilla, mnasillus &c. I añ Li. Ili in vocatiuis. Primipilus. Argiletū oppilare Expilo. Cōpilo Depilo

Exceptio.

¶ Producunt substātiua in ile & a nominibus formata in ilis, vt bo- Ile.

uile, caprile, suile, equile, quintilis, sextilis, aprilis, testilis si a ersta vsq; legatur. at p th aspiratũ & y græcum in secunda syllaba Thestylis mulieris nomẽ corripit. Verg. Thestylis & rapido fessis messorib⁹ æstu &c. senilis, virilis, sic etiã cubile, sedile, ancyle quod y græcũ habet mãtile, subtilis, & vndecũq; est exilis, at corripit Quintilius viri nomẽ, licet e quintil⁹ videat deduci. Corripe autẽ quę in atilis desinunt, fluuiatilis, aquatilis, & a verbis vel participijs in tilis, silis, vel xilis. vt solutilis, textilis, sessilis, nexilis, futilis. fertilis, missilis, sic neutrum missile, docilis, vtilis, sic amicabilis &c. cum parilis, humilis, dapsilis. Lucre. li. i. Diuidere & noctes parileis agitare diebus. quidã inepte pduxerũt. Luca. li. vij. Spargit innumerę diuersis missile vo

Asylum. tis. ¶ Asylum cũ y gręco locus cõfugij. scribit teste Nestore vnico l a sylao. i. spolio, rapio, aufero, violo, & a priuatiua particula q inde auferri neminẽ licet, asyla sunt oĩa dei templa, & per principale priuilegiũ quedã loca pphana. Tortellius vult etiã vnico l scribi & cũ Seruio a syro. i. traho deducit r in l vso, qd' in plærisq; videmus. vt pellex, pellucidus, intelligo. Iu. saty. viij. Nomen ab infami gentẽ deducis asylo. Luca. lib. i. Exiguũ dños cõmisit asylũ. hæc opinio placet, licet non ignorẽ Placentinũ gemino ll asyllum scribere ab a priuatiua particula & syllo. i. rapio, vnde petrosyllum hærba deducit. ¶ Asylus vnico l & i nro vt Nestor ait, quo teste qdam gemĩo ll asillus scribũt, inter quos est Gęor. vall. volatile est paruũ dictũ Tabanus est œstrus vel œstrum, vide œ diphthõgon ante s. œstrus. ¶ Asilas æ cũ vnico l & i nro teste Nestore viri nomen.

Asilas Verg. li. ix. Coryneũ sternit asilas. ¶ Asilus viri nomẽ. Iu. sat. vi.

Asilus ad palũ gemit vxor asili. Sunt quoq; asili populi Sil. lib. viij. Quis æsis regnator erat, fluuioq; reliqt Nomen, & a sese populos tum dixit asilos. ¶ Achilus qd' p e quoq; recte diceret achelus, dicit sine

Asili labijs. nã χειλου labiũ est p ei diphthõgon. ¶ Allophylus. i. alie-

Achil⁹ nigena, pducit teste Nestore, qa recte dicit in hoc errauisse Rigã in

Allophylus aurora dicentẽ. Crine. q allophyl⁹ hostibus ille dat, Errauit quoq; ante hunc, vt in idolũ paraclitus, & pluscul⁹, doctissim⁹ alioq poeta Prudẽtius dicẽs. Allophylos segetesq; cremat sic callida vulpes. sic Mãtuan⁹. In qbus elato sternebat vulnere sanson. Allophylos malãq; manu vibrabat onagri. Cõpositio facit ne credã hos imitandos. Fit em̃ ex allo. i. aliud. & phylon cũ y græco. i. gens, genus natio, vnde etiã Pãphylia regionis nomen q multũ populosa est. Stat. i. syl. Hunc quoq; pq; nouẽ tenuit Pãphilia messes, vide etiã i ãñ d. chelidonia. Allophyli in sacris sunt philistęi, nec dicit a philos

Abyla. id est amic⁹, vt indocti sõpniãt. ¶ Abyla cũ y gręco p metathesim

quia græci alyba dicũt teste Calepino, variat.& est hispaniæ mons.
¶ Acilius viri nomẽ Iu.sat.iiij.Proxim⁹ eiusdẽ pperabat acilius cui Acilius
Male vero Petrarcha in li.iij.epist. velut appius alter Aciliusuc fo
rem, vbi etiã prima male pducit. ¶ Ausilenus viri nomẽ. Ausi Ausilen⁹
lena mulieris nomẽ. Catul. Ausilena bonæ semp laudant amicæ, Ausilena
prius est apud eũdem, Attilius viri nomẽ,scio in Martiale corripi.
Calepinus dicit p pisce quodã pduci. ¶ Cobylũ p y græcũ, vide
o ante p inopus. ¶ Conchyliũ vel conchyle is. cũ y græco in scd'a
syllaba.Iu.sat.iij.Hoꝝ ego nõ fugiã cõchylia. ¶ Crocodil⁹ vnico Crocodi
l teste Nestore contra Gasparinũ,belua Nili,scribit grece p æ diph
thongon.Iu.saty.xv.Aegyptus portẽta colat,crocodilon adoret.
Est quoq; ægypti oppidũ penultima sitr pducta. ¶ Cõdyloma
pducit apud Macrũ cum y græco morb⁹ qdam.vide(si Celso ca
reas)Calepinũ,ait autẽ Macer, Vstum curat eas & cõdylomata sol
uit. ¶ Duilius viri nomẽ.Sil.lib.vi.Exuuias Marti donũq; duilius Duilius
alto.Ante oẽs mersa Pœnoꝝ classe dicabat. ¶ Eriphyle,vide e añ
r.heriphile. ¶ Fœnilia æ.sitr pducit. ¶ Galilça variat a iuuẽco.de
pductiõe.Inde galilçã repetẽs saluator Iesus. ¶ Lucilius vnico l vi
deo scribi & plures ante me exceperũt. Persius. Secuit Lucilius vr Lucilius
bem &c.siqs cõtendat gemio ll.Lucillius debere scribi.nõ multũ re
pugno. ¶ Manilius & manilia,vide a ante n. ¶ Massylia cũ y græ
co in scd'a syllaba vrbs Libyæ, teste Seruio,hinc massyl⁹ a.um. Sil. Massylia
lib.iij.Quin & massyli fulgentia signa tulere.Idem lib.ij.Hic medius
iuuenũ Massylæ gentis in agmen. ¶ Masylianus cum y græco in Masylia
scd'a viri ppriũ.Mart.lib.iiij.Quũ sis improbior massyliane,phal. nus
est. scribit hoc nomẽ vnico s, qa prima corripit vulgo tamẽ per
rorẽ aliter scribit. At massilia gemio ss & p i nostrũ vtrobiq; vrbs
Narbonẽsis galliæ corripit, & vulgo inepte marsilia dicit. Luca.li.
iij.Massiliã delere vacat. ¶ Oileus viri nomẽ, vñ est patronymi
cum Oilides. Verg. Furias aiacis Oilei. Sene.in Medea. Fulmĩe & põ Oileus
to moriẽs Oileus.sap.est.Prop.li.iiij. Victor oilide rape nũc & dili
ge vatẽ.Odilia mulieris ppriũ,apud Herasmũ. ¶ Pãphylia,vide
i ante l allophylus. ¶ Pantilius viri nomẽ.Hora.lib.i.sat.vlt. Men
moueat cimex pantilius?aut crucier q Vellicet absentẽ Demetrius
¶ Petilia vrbis nomẽ.Sil.li.xij. Fumabat vsis incẽsa pectilia tectis.
hinc petilian⁹ tã ppriũ q appellatiuũ.Mar.li.xij.Petilianis delicat⁹
in regnis.scazõ ẽ. ¶ Phasit aut p e.poti⁹ phaselt nomẽ oppidi. Luca. Phasilis
li.viij.Aus⁹ adhuc vlt te primũ pua phaset. ¶ Palilis,vide a añ l.pa
les notũ ẽ vt virit,gẽtilis &c.sic subtit,exit. ¶ Rutili⁹ variat,vide u
añ t. ¶ Seruili⁹ viri nomẽ,vt Seruilia mulieris variat,sed pductio Seruilius

est frequentior. Sil. lib. v. Interea rapidis aderat seruilius armis. Seruilia est pductū in. x. sat. Iu. Corripit seruilius ab Hora. in vlt. sat. Si

Sextilus. memmi varius cū Seruilio balatrone. ¶ Sextilus viri nomē. Mar.

Venilia lib. ij. Ex istis nihil es, fateor sextile, qd ergo es? ¶ Venilia Turni mater. Verg. lib. x. Cui Pilumnus auus cui diua Venilia mater. si alterius fœminæ nomen repiatur, adhuc pducetur. ¶ Addito lōgis qđ Mart. lib. vi. dixit. Caluam triphylē segmentatus vnguento Scazon est. Triphylus cum y græco in secūda syllaba Domiti⁹ vt

Triphylus. interpretat̄ significat trium capillo℞. hædile pducit̄ vt ouile, & tñ (nisi vehemēter erro) Hora. corripuit lib. i. car. ode. xvij. dicēs. Nec

Hędile Martiał hædilia lupos. versus est alcaicus dactylicus, & in hædilia pducit̄ vltia rōne cęsure. ¶ Addes q̄q; pductis antiqua verba sed nō adeo refugiēda, in incilare, occilare. Lucre. li. iij. Iure vt opinor agat iure increpet inciletq; Trochilos quoq; regulus auis producitur, teste Calepino.

I añ m. Ante m corripitur specimen, patrimus, matrimus. Bebelius & quidā alij volunt pduci. Ego vo corri-

Patrim⁹. pi donec ex veterib⁹ aliud constet qbus nō inuitus cede-

matrim⁹ re solet Politianus, q in primę centurię cap. lviij. hæc corripit dicēs

politian⁹ Concelebrāto choros verū hæc sit patrima proles. Matrimaq; at nuptæ genib⁹ iunonis ad aram. Oranto. hunc vnq; imitabor donec aliter apud veteres inueniam.

Exceptio.

Theotimus. ¶ Productio a time. i. honor cōposita vt theotimus, polytim⁹ virorum noīa. Catulus (cuius carmīa puto nō extare præter paucos versus apđ Gel. & crinitum) Aufugit mi animus credo vt solet ad theotimum. Mart. li. xij. Festinat polytimus ad puellas Theotim⁹ & alterius viri nomen. Timotheus vt Theodorus & Dorotheus interpretatur dei honor. polytimus a poly. cum y græco interpretatur vir magni honoris vel ęstimatōis. Estimo verbū vndecūq;

in mē & tum. est corripitur. Produc item verbalia in men. vel mentum a verbis quartę, vt lenimē, rudimentū, pauimentū, experimentū cum discrimen licet a verbo tertię discerno, & (vt nōnulli notauerūt) detrimētum. Herasmus de fuga vitę hūanę. Detrimēta nocent age iam meliora sequamur. Verg. lib. xi. æneí. Dura rudimēta & nulli exaudita deo℞. q̄propter nō ausim imitari Mantuanū dicentē. Post igit̄ tātorum ope℞ experimēta labo℞. Iu. Verre pauimentū &c. Siqd extēsiōe syllabę e barbaris fiat notet̄. vt Ioachim⁹. Cōsyderato e lōgis

Oblimo. deducta, vt discrimio as. apprime oblio as, illimis, sublimis, elimino as. Hora. sa. ij. Bonā depdere famā, Rem pris oblimare malum

sic apud Claudianũ in.iij.de raptu proserpinæ. Luxus & humanas oblimat copia mentes. Hora.ad Torquatũ. Ne fidos inter amicos Sit qui dicta foras eliminet. Oui.iij.met. Fons erat illimis nitidis argenteus vndis. Idem in.i.met. Os homini sublime dedit cęlũq; videre iussit &c. ¶ Alimenus viri nomẽ in.x theb. Papi ¶ Archimedes philosophus. Capel.lib.vi. Archimedęa astrificante manu. hic vocalis non interimit, quod sæpius apud Capellam reperio q̃ velim imitari. ¶ Ariminũ oppidi nomen. Luca.li.i. Vicinũq; minax inuadit ariminũ & ignes, errauit in hoc vt in alijs plurimis Petrarcha hinc ariminensis, vide o ante l.folia. ¶ Alimon viri nomen, vide Cyce i ante c. Adimãtus viri nomen apud Oui.in Ibin. ¶ Amimone es.fons & mulier. Propert.lib.ij. Testis amimone lati quũ ferret in aruis Compressa &c. ¶ Enthymema argumẽtationis species cũ th aspirato & y græco. Iu.sat.vi. Torqueat enthymema nec historias sciat oẽs. ¶ Epithima teste Calepino. Epimeris vel p e potius in secũda syllaba ephemeris.i.diariũ hoc est libellus in quo acta quotidiana cõtinent, nam ephimeros quotidianus est ab epi.i.de vel supra & himera dies, sic amphimeros, ephimerinos Propert.lib.iij. Et ponit duras inter ephimeridas. Iu.sat.vi. Cernis ephimeridas. ¶ Opimus a.um. Verg.ænei.i. Genitor tunc belus opimã &c. ¶ Opimius viri nomẽ apud Horat.sat.iij.lib.ij. Opimianum vinũ apud Martialẽ. ¶ Pentimemeris multi dicunt, sed in secũda syllaba rectius secũda vocalis ponit, & in tertia vocalis tertia sic pentemimeris vt in.i.li.diximꝰ. Auso.ad theonẽ. Istos cõposuit phaleucus olim. Qui p̃temimerĩ tenẽt priorẽ. ¶ Quadrimus. Mar.li.xij. Quadrima nigri nec corona pulei. Scazon est.

alimenꝰ. archimedes. ariminũ. Alimon Adimantus. Aminõe enthymema. epithima Ephemeris. vel ephimeris. Opimiꝰ. Pentimemeris.

I ãn N. Itiner.

Ante n corripitur, vt itiner. Manilius lib.i. Fecit & ignotis inter cõmertia terris. Ergo quidã in plurali itinera imprudenter ꝑduxit. Claud.in.iiij.cõsulatu honorij. Inquinat egregios adiuncta supbia mores. Iu. Quorũ cophinꝰ fœnũq; supellex. Luca. Par geminis Chirõ & idem qđ carcinos ardens.i.cancer. Mar.lib.vij. Luscinię tumulũ si thelesina dedit. Nõ sequar igit Philel.i.ij.vij.dicentẽ. Nec culices elephas pia nec luscinia coruos, philomela est, corripe item pãpinus, lancino, circino, fascinum, lenocinor. Tintino apđ Catullum licet tintinabulũ necessitate quadã a Iuuenale ꝑducat, succinum, dñs &c.

Luscinia.

Exceptiones quattuor sunt.

Prima exceptio est. ¶ Producunt desinẽtia in ina vel ine vel inæ, vt rapina, nerine, heroine, adrastinę. Sagina. Iu.saty.iiij.

Propera stomachum laxare saginis. Propertius lib.iiij. Qui dabit immundæ vænalia farta saginæ. hos recte imitant Thobias. Ventre saginato veneris suspirat ad vsum. Arator. Nam quid corporeæ prosunt alimenta saginæ. Propert.lib.iiij. Parua saginati lustrabant cōpita porci. In hac re Calphur. siculus a veteribus defecit, quē hic imitandū non credo, ait itaq; in.iiij.ecloga. Vt quoq; turba bono plaudat saginata mgr̄o. hic decepit diuinū poetam Faustū dicētem in ecloga cōtra balbū. Sola resumebat pigui saginata popina.

Demuntur hinc.

Asina. Apinæ. Catinæ. ¶Asina ę. vel asinę es. oppidum. Luca. lib. viij. Quas asinę cautes, & q̄s Chios aspirat vndas. ¶Apinæ arum. res vilissimę & apina oppidū, vide i ante c tricæ. ¶Buccina notū est. ¶Catina æ. vel catinę es. sed aliquando p a in secunda syllaba dicendū esse catanæ volūt. siciliæ oppidū est. Sil.xiiij. Tum Atine nimiū ardenti vicina typhœo. ¶Euphrosyne vel euphrosyna sic elęemosyna, & vtrūq; p y græcū scribitur, prius est mulieris & vnius gratiarū nomen.

Euphrosyne. Elęmosyna. Felsina. Fiscina. Gausapina. ¶Fœmina notum est. ¶Felsina puto me legisse in lu. ¶Fiscina nassa ex iunco vimineo. Colum.lib.xi. Pressaq; flameola rumpat fiscina calta. ¶Fuscina tridens. Marti. Fuscina dente minax, nexu fuit anchora curuo. ¶Gausapina vestis quedā. Mart. Mense vel augusto sumere gausapinas. ¶Lamina notū est machina, vide a ante c. ¶Mnemosine vide e ante m. ¶Mutina æ. oppidū. vide a ante l pharsalos ¶Nundinę notum est. ¶Patina in.ij.sat.Persij.

Mutina. Ruspina. Sophrosyna. Sarsina. ¶Pagina in.v.eiusdē. ¶Proserpina, video an̄ s. ¶Ruspina vrbs aphricę. Sil.lib.iij. Quęq; pcul cernit nō æquos Ruspina fluctus. ¶Rhesina variat vt hic rhesinatus vide e ante s. ¶Sophrosyna cū y græco mulieris pprium. ¶Sarcina per c lr̄am vnde sarcino as. verbū satis notum est. ¶Sarsina p s. lr̄am in secūda syllaba Vmbriæ oppidū, Plauti patria. Vnde Sarsinas atis. Sil.lib.viij. Vel rastris laudande Camers his sarsina diues Lactis. ¶Statina æ. vel

Statina. Sibina. statinæ arum. insula in littore cāpano. Stat. circa finē li.iij.syl. Aenariæq; lacus medicos, statinasq; renatas. ¶Sibina telum quoddā. Ennius apud Festum Illirici restant sicis sibinisq; fodantes. ¶Trutina æ. Trutino as. Persius. Castiges trutina &c. ¶Xerampelinæ natura mobile est vt gausapina. ¶Fœmininū masculini regulam seruat vt domina, asina, fidicina.

Secunda exceptio.

¶Propria fere pducūtur vt Leuinus, lupinus, altinū, arpinum, virginia mulieris nomē in.xiij.li.Sil. sic virginius. Gabinus, Charinus, cōtra quendā alioqui doctissimū. Mart.lib.iiij. Quare non habeas

charine purum, phal. est. sic carphinia, cebrinia, matrinia, gabinia, & quę piscium sunt. Coracinus, echinus & hærbe nomē staphilinus. Volscini, Leontini &c. gentilia. ¶ Tollunt hinc quędā ex prima exceptiōe nota vt ruspina &c. cum his Ariminū, vide i ante m. ¶ Alemonius vt quidam notarūt. Arsinoe mulieris nomē apud Flaccū lib. v. ¶ Alcinous apud Martialē, & alios. ¶ Albinoua nus apd' Hora. ¶ Cælinus p æ diphthōgon aut vt alij habent p i Cilin⁹ viri nomē. Sil. li. vij. Cęlin⁹ arreti tyrrhenis orit⁹ in oris. Cyminus cū y gręco in pria syllaba a cymę nomę i. fluctuare & exęstuare. Est lac⁹ & mōs hetrurię. Ver. li. vij. ęnei. Hi soractis hn̄t arces flauiniaq; arua. Et cymicij cū mōte lacū lucosq; capenos. Sil. li. viij. Stagna tenēt cyminiq; lacū. ¶ Euxin⁹ pducit tm̄ licet in perihe. corripiat, vbi forsā axen⁹ nō euxin⁹ legendū est, vide e an̄ n xeniū. Earinus vide pfationē toti⁹ opis vbi de ppis loqmur. Fucinis duplex italię lac⁹, vn⁹ Marsorꝝ, alt Volscorꝝ. Sil. li. iiij. Viridi quē fucin⁹ antro nutrierat. ¶ Fulginia vrbis nomē in eo. li. ¶ Fuscin⁹ viri nomē Iu. sat. xiiij. Pluria fuscine sūt & fama digna sinistra. ¶ Frusino, vide u an̄ s. ¶ Gallicin⁹ viri nomē. Sido. li. viij. Sancti & gallicini manu osculata, phal. ē. ¶ Gessomin⁹ viri nomē. vide e an̄ t. hyppetaon. Hebrin⁹ viri nomē. Sil. xiiij. Troianusq; hebrin⁹ structis q noīa muris. ¶ Herminius viri nomē in. xi. ænei. Licinus viri nomē cum y gręco in. i. Hora. Tonsori lycino &c. sic Licinius viri nomē. Lauinium variat, vide ante u. Matinessa loci nomē apud Mar. lib. iiij. Morinus vir & gens gallica q vulgo Morinēsis dicit. Sil. Et morinum pugnas ęris stridore cientē. Verg. ænei. viij. Extremiq; hoim morini rhenusq; bicornis. Myrinus cū y græco in prima syllaba viri nomē. Mart. in xenijs. Nuper quū Myrino peteret missio læso. Pachynus (licet Priscianus corripiat) solū pduces, vide a ante c. Stertineus viri nomē apud Hora. sic statineus corripi quidā notauit. Scatinia rectius pducit, vide a ante t. Sardinia regio Mart. lib. iiij. Nullo fata loco possis excludere quū mors Venerit in medio tybure. sardinia est. Petrarcha in. vi. aphri cę. Sardinięq; latus medijs discrimiat vndis. Idem errore grāmaticorꝝ circa ppria imbut⁹, male idē nomē pduxit in. ij. aphricę dicēs. Trinacrię & crasso diues sardinia cœlo. Tarquini⁹ viri nomē, Oui. ij. fast. Hoc cupiunt frēs Targniusq; pater, aliqn̄ est trissyllabū Targnus & tū producit. Manil. li. v. Aut Brutū atq; parē Tarquinū & Horatia facta. Titinius cuiusdā medici nomē, vt vult Bebel. Taurominū mons asprim⁹ in sicilia, sup quē & oppidū taurominū est, hic taurominita et tauromitan⁹. Lu. li. iiij. Tauromitanā vicūt feruore carybdin.

Alemonius. Arsinoe. Cælinus. Cymin⁹. Fucinus. Fulginia. Fuscinus. Gallicin⁹. Gessominus. Hebrin⁹. hermini⁹. Licinus. Matinessa. Morin⁹. Myrinus. Stertine⁹. Sardinia. Targni⁹. Titinius. Taurominum.

Errauit igitur teste etiam Baptista Pio, Apollinaris, & id quidem in eodem noie bis, dicẽs. Vel taurominitana quod carybdis, phal. est. ¶ Torini quidã populi. Vale. flac. lib. vi. Mellis honor torinis ditat sua mulctra satarchen. ¶ Ticinus a doctis pducitur tantũ, vide i ante c. ¶ Vtinum oppidi nomen, teste Nestore. Vatinessa. vide a ante u. ¶ Asinius viri pprium etiam corripit, sic sine dubio plura vt deriuatiua vel primitia, at nõ capit oẽs pisces sup quos funda cõijcit.

Torini. Ticinus.

Tertia exceptio.

¶ Producunt deriuatiua in inus a, um. vt bouinus, perusinus, venusinus, fesceninus a Fescenio vrbe cãpaniæ, vnde versus fescenini qui in nuptijs canebant quos alij a fascino dici putant, quia incãtamenta arcere putãtur, & sic contra primitiui naturã pduceretur. Sene in Medea. Exute solẽnes digitis marcentibus ignẽ, Festa dicax fundat cõuiuia fesceninus, versus est spõdaicus. Matuta. i. aurora, vnde matutin⁹, vesper vespertinus, iustus iustinus, vnde Iustinian⁹ quod cũ Philelpho nollẽ corripe, vt vulgus ineptũ dicẽs. Dat Gallienus opes & sanctio Iustiniana. Augustus, Augustinus, elephantinus, mustelinus. formicinus, ouinus, mediastinus, clandestinus, quæ duo ab astu vrbe deducũtur, in qbus Alexãder, Sulpitius, Tortellius cũ multis alijs hallucinant. Est itaq clandestinus occult⁹ quasi clam de astu, hoc est vrbe, hinc verbũ clandestinare. Lucil. Clandestino tibi qd cõmissum fuerat, mediastini vident dici a medio vrbis, famuli vilissimi qui in medio sunt nutus oim obseruantes, vt omibus pareant, quos hodie lignarios & bacularios dicim⁹, vide Calepinũ, qui multa bene de hoc dicit. Lucre. lib. i. Oportet naturã clandestinã cæcamq adhibere. Idem lib. ij. Significat clandestinos cæcosq subesse. Manil. li. i. Et clandestinis surgentia fraudib⁹ arma, sic cũ cæteris, Sil. Hora. ad Villicũ. Tu mediastin⁹ tacita pce rura petebas. Lucil. li. xvij. Villicũ Aristocratẽ mediastinũ atq bubulcum.

In⁹ in deriuatiuis. Clandestinus. Mediastinus.

Demuntur hinc.

¶ Crastinus, diutinus, serotinus. perendinus, pristinus, hornotinus protinus, quatinus, sed hæc duo aduerbia sunt, & quæ fiũt a nomĩb⁹ materiarũ, lapillorũ, vel gẽmarũ, vnguentorũ, odorum, colorũq vt gausapinus, faginus, oleaginus, cedrinus, adamãtiuus, ianthin⁹ hiacynthinus, amethysthin⁹, cristallinus, amaracin⁹, amygdalin⁹ bõbycinus, byssinus, carbasinus, myrrhinus, murrha, gẽma, vnde fiunt vasa murrhea vel murrhina, teste Beroaldo, crocinus, glaucinus, prasinus, smaragdinus, sandicinus, spadicinus, onychinus, tyrianthinus, xerãpelinus. corripe itẽ hiccine cũ chimerinos, oporinos, therinos, earinos, vide i ante m. chimerinos. Martia. lib. ix.

Et turbata breui questus cristallina vitro myrrhina signauit, seposuitq; decē. sic idē cum cæteris frequēter. Ideo male dixit Riga. Crystallina fuit facta fenestra decens, male quoq; hunc imitatus est Petrarcha dicens in. iij. aphricę, hanc gorgonis ora Cristallinus habēs clypeus tegit inq; tenebris. Lucre. lib. ij. Sicut amaracini blandū stactęq; liquorē. Idē alibi Deniq; amaracinū fugitat sus, & timet omē vnguentū. sic in adagio, nihil cū amaricino sui. ab amaraco herba vnguētaria. Idem in. ij. lib. In quo iam genere in primis adamātina saxa. Prima acie cōstant ictus contēnere sueta. Proper. li. iij. Colchis flagranteis adamātina sub iuga tauros. Horati⁹. i. car. ode. vi. Quis martē tunica tectū adamātina. Asclep. est. Ergo indocte dixit Petrarcha lib. ij. epist. ad Bernardū Rutenēsem, Vox adamantina est, calamus quoq; ferreus, omis prōptus ad insulsus. dicere potuisset vox adamantęa est &c. vt Oui. vij. met. Ecce adamāteis Vulcanū naribus efflant, & sic pęnultima p æ diphthōgon scribit. Prudētius in psycomachia. Has inter species smaragdina gramīe verno, male autē Riga in li. Hester. Seq; smaragdinus miscet vtriq; color. male quoq; Gualterus in arte poetica dicens. Luce smaragdina vel syderis instar ocelli. Catul. Fulgebat crocina cādidus in tunica. Mart. lib. ix. Pallia donauit glaucina Cosme tibi. Idem lib. x. Quū potes amethystinos trientos, phal. est. Sidonius in propentico. Narcissos hiacynthinosq; flores, phal. est. Oui. x met. Annua prælata redeūt hiacynthina pompa. Persius. Hic aliquis cui circa humeros hiacinthina lęna est, aliqui legunt & ianthina lęna est, vt Britānicus, qui si ęo cōmento voluerit hiacynthinus, pduci ei nō credimus sine veterum testimonio, neq; em̄ Alexandrū nequā dignū puto imitatione in cōplusculis, veluti vti dicit. Pelle hiacynthina cęli color eminet alti. Iacobus goudanus vt diceret tantū pduci testatus est apud poetas qui videnť corripe, legi debere hiacynth⁹ a. um. Mar. li. viij. Fœmineū lucet sic p bōbycina corpus. Idem lib. i. Vilis cōtaminat vnco Vibica lingonicus tyrianthina bardocucullus. Idem Coccina famosæ donas & ianthina mœchę. Verg. Qm̄ tibi pocula ponam. Fagina &c. Idē. ij. gęor. Trudiť e sicco radix oleagina ligno. Serenus. Fertur amygdalinæ succus micis esse bibendus.

Crystallinus. Amaracinus. Adamātinus. Smaragdinus. Crocina.

Quarta exceptio.

¶ Aginor, teste Calepino verbū primæ deponens. i. vilia negocior. Aginator qui paruo precio seu lucro moueť ¶ Acynacis cū y græco in scd'a syllaba gladius psicus. Val. flac. lib. vi. Insignis manicis insignis acynace dextra. ¶ Architriclinus magister triclinij qui cœnationi pręest omia curādo, & diciť a cline. i. lectus sup quem

Aginor. Acynacis. Architriclinus.

discumbitur. vnde hexaclinos & quicquid hinc est ꝑducit. Manil. li. v. Nunc iam luxurię pars & triclinia tēplis Concertant. Ideo mēdum est apud Vergiliū in coppa. Triclinia vmbrosis frigida harundibus. aut ꝑ syncopā triclina legendū est. ¶ Camin⁹ fornax non infumabulū vt indocti tradūt, nota est ꝑductio. ¶ Catinū, vide a ante g. laganū. Cyminū vel y græco in v vsu cuminū. Persius. Et pallentis grana cymini. ¶ Couinus currus britannicus apud Mart. lib. xij. ¶ Destinat⁹ ꝑducit necessitate quadā a Iuuenale in sat. iiij. dicēte. Et domini gladijs iam destinata sed olim. Prodigio par est in nobilitate senectus. alij corripiunt vt destino & obstinat⁹ semp. Ver. ij. æneі. Et me destinat aris. Hora. ij. car. ode ante pęnultima. Rapacis horchi fine destinata. vsus est iambicus trimeter catalectic⁹. Catul. Sed obstinata mente ꝑfer obdura. Scazō est.

Triclinium. Hexaclinos. Camin⁹. Cyminū. Couinus.

¶ Echinus vtcūq̧ capias, vide e ante c. ¶ Festinus festino. ¶ Gelasinus catagelascinus, Inquilinus, morticinū. ¶ Opinor, inopinus, opinio, omino. ¶ Pastinaca. Propino, Popino. Puluinar, puluinus. Supinare supinus, sagino salinū. ¶ Telchines. tintinabulum ex dictis nota sunt.

I añ P.

¶ L corripit, vt sal, Hãnibal, Hiempsal, mel, fel, Tanaquil. licet Capella (si Bebelio credim⁹) ꝑduxerit. Mar. li. viij. Illi tu dabis hęc vl occupato. Idem semel ꝑduxit dicẽs. Nõ nisi vel ostro madida vel murice tincta. Dicit hoc Gęor. val. li. xxxviij. cap. xxvi. Vereor ne mẽdosum codicẽ nactus fuerit, ideo vel solũ corripito. Producũtur sol & nil. q̃bus Aldus addit Pol. Oui. ij. met. Vlterius spaciũ medio sol alt⁹ habebat. Hora. ad Augustũ. Nil intra est oleã, nil extra est in nuce duri. Ideo errauit inter neotericos poetas doctissim⁹ dicens. Qđ scit in occulta turpe nil esse domo. Nihil aũt corripit. Persius. Gigni de nihilo nihil in nihilũ nil posse reuerti. ¶ Hebręa ꝑducunt vt cũ alijs docet Nebrissensis, veluti Michael, Israel, in q̃ Sidoniũ errauisse in a añ e ostẽdim⁹ Nicol, Phicol, Baal &c. Herasmus sal ꝑduxit dicẽs. Virginitas nitor argẽtu sapiẽtia sal est. noli imitari. Vel.

N

N produc. demas an in & prolem, tamen atq;,
Forsitan & forsan, viden, huic conformia iunges,

Quod dat inis curtum est, velut on, quod tertia nescit
Corripitur quartus, quando breuis vltima tecti est.

On tertiæ ¶ N producit, vt hymen tytan, delphin, & omia nomina tertiæ in on, quia græce p ω scribũtur, nec apud veteres poetas quib⁹ fides habẽda est, illud o corripiũt, nisi dempta n littera in o desinant, vt cato, leo, agamẽno, apollo &c. nec refert an gtũs i ontis desinat, an in onis penultima lõga, an breui, nec facit fidem Sidonius qui corripuit lacedęmon, vide e ante d. nec hunc secutus Bapt. Mãtuanus dic. Extulit aduersum celebres Lacedęmon athęnas. Nec Capella in dictione ammon, vide a ante d adon. Nec Arator lib. i. dicens. Hic fuerat Simon ille magus. Et lib. ij. Quid tunc dęmon agit, nec plures item neoterici fidem faciũt, quia hi omnes a puritate linguæ latinę interim aberrarunt. Mecũ in hac opinione est doctissimus vir Nicolaus Ferettus. Verg. i. æneí. Sarpedon vbi tot Simois correpta sub vndis. Oui. iij. meta. Acteon ego sum dominũ cognoscitẽ vestrũ. Idem lib. vi. Quem sibi Pandion opibusq; virisq; potentẽ Hora. in arte. Perfidus Ixion, io vaga, tristis Orestes. Ouid. in Ibin. Vt Macedon icta est rapidis cum cõiuge flãmis. Sic precor ętherei, vindicis igne cadas. Propriũ est mulieris, vnde macedoniã dictã putant. In his certe penultima genitiui corripit̃, & tamẽ on nomina tiui apud veteres poetas nunq̃ corripit̃, nõ opus est verbis, siquis Despauteriũ conuincere temeritatis vel mendacij volet. id veterũ poetarum testimonio faciat necessum est, secus nugas egerit. Mart. Præter aquas Helicon & serta lyrasq; sororũ. Manil. At procyon oriens quum iam vicesima cancro est. Errauit in hoc nomine dupliciter Bapt. Mant. vide o ante c procyon. Verg. in buco. Formosum pastor Corydon ardebat Alexim. Et alibi. Cõpulerantq; greges Corydon & thyrsis in vnũ. Idem. Te corydon o Alexi trahit sua quęq; voluptas. Seruius inqt donoa, antibacchius, sed o breuis est propter vocalem sequẽtem, quasi dicat Seruius. donoa ex natura vocaliũ est antibacchius. i. ille pes ex duabus lõgis & breui, sed quia aduerbiũ o. hic ꝓpter vocalem corripitur, ideo fit dactylus. Quocirca errant Tortel. & Calep. in dictione tribrachus, dicentes, tribrachus pes est ex tribus breuib⁹ syllabis, vt Te corydõ o Alexi vbi donoa tribrachus est, quũ vocalis ante vocalẽ breuis fiat, dicere debuissent donoa dactylus est. Mirum est tãtos viros tam pueriliter errasse. Sed obiicient forte mihi Erotion puellæ nomẽ. Mar.

Erotion. lib. v. Pallida nec nigras horrescat Erotion vmbras. Idẽ lib. x. Hic festinata requiescit Erotion vmbra. vulgo Tituli ita habent de herotionte puella, Epitaphiũ herotionis, & per tertiam declinationẽ

declinat hoc nomē Calderinus dicens Martialem nomen finxisse a suauitate amoris, quia eros erotis amor est. Ego puto Calderinū decipi, & quotquot illi suffragātur. Nam opinor Erotion sine aspiratione (licet aliter vulgo fiat) esse secūdę declinatiōis, vt ilion, glycerion, planesion, & alia multa quæ sæpius apud latinos in um desinunt, vt ilium, phileniū, glycerium, & in Menęchmis Erotium, Martialis autē in græcitate permāsit, quia carmini magis cōueniebat erotion q̄ erotium. in deriuatiōe nihil errauit Calderinus. — Calderinus.

¶ Omne igitur nomē in on tertiæ ꝑducatur. Produc etiam oēm genitiuū pluralem cuiuscūq; declinationis fuerit, vt logon, cimmerion, epigrāmaton. Tibul. lib. iiij. Cimmerion etiam obscuras accessit ad auras. Quis nunq; candente dies apparuit ortu. Siue super terras Phœbus seu curreret infra. Nominatiuus est cimmerij, cuius gtūs secūdum latinam formā est cimmeriorū, secundū græcam cimmerion. Sunt autē Cimmerij populi, quibus est aer caliginosissimus. Hinc est adagiu in cimmerię tenebre. Lactā. iiij. diui. instit. O cæcū pectus, o mentē Cimerijs (vt aiunt) tenebris atriorē. Hiero. contra Ioannē hierosolymitanū. Rogo quæ tanta est cæcitas cimmerijs (sicuti aiunt) tenebris inuoluta. Indocti (vt Beroaldus notauit) cineritijs scripserūt iudicio sane cinericio, & omi penitus scintilla viduato. — On gti pluralis — Cimmerij.

¶ Tollūtur a regula An, in, cum prole, dein, exin, subin, proin, tamen, attamē, forsan, forsitan. An vide a ante t. ater. hinc an ne. Claudianus. An ne ego terrigenas &c. Reliqua facile occurrent. addam hoc Ouidij a Verulano citatū. Nec tamē emendādo labor q̄ scribere maior. Nota gerundiū.

¶ Viden & q̄cunq; per apocopon ne habent, vt men, ꝑ mene, ten, scin, vin, am, satin, egon, nemon, dixin &c. Licet Sulpitius velit men & ten ꝑduci, nemon variari, & Seruius cū Lactantio dicat viden naturaliter produci. licet Verg. & Papi. corripiant. Seruius quidē in illud æneі. vi. Educet viden vt geminę stant vertice cristę. Viden inqt naturaliter longa est. breuē tamen eam posuit secutus Enniū. Lactantius vero in illud. Papi. x. theb. Ipsa dedi viden, vt iugulo cōsumpserit ensem Viden (inquit) syllaba cū naturaliter longa sit, tamē eam corripuit secutus authoritatē Maronis. Mecum sentit Nicolaus Ferettus. Tibul. Si vereare precor viden vt fœlicius extis. Ego itaq; credo in omibus naturā interrogatiui ne seruari, & oēs eiusmodi dictiones corripi, donec ex veteribus poetis contrariū constet. — Viden & similia.

¶ Corripe en habens inis in gtō, vt pecten, crimen &c. Manil. lib. iiij. Crimen vbiq; freq̄es & laudi noxia iuncta est. hoc est contra doctissimū q̄ndā credentē nusq; reperiri noxia substantiuū. Idem in eodē lib. — En inis.

Quinetiam infœlix virt⁹ & noxia fœlix. Et male cõsultis preciũ est.
On scd'ę ¶ Corripit quoq; in on secũdę declinatiõis, quod latini in um vertere solent, vt erotion, ilion, pelion, barbiton &c. Oui. Ilion & tenedos, Simoisq; & Xanthus & Ida. Idem in epist. Pelion in tyriã trãsfer fœlicius vrbẽ. Luca. Pelion opponit radijs nascẽtibus vmbras.
actũs i n. ¶ Corripit actũs cui⁹ noĩatiui vltima corripit, vt Medean, maian & similia a noĩatiuo in a. menelaon, orpheon, priamon, iacobon, & omnis alius actũs in on ab os vel us correpto, parin, ibin, ityn, tethin & tethyn, licet aliqui dicant vltimũ ꝓduci tantũ, quia tethys etiã legit vltimã corripe, vt docebo in is. Papi. vij. theb. Nãq; ferũt raptã patrijs reginã ab vndis. Idem scd'o achil Quid si nunc aliqs patrijs rapturus ab oris, Deidamiã eat. Ouid. in ibide. Strymoniæ matres orpheon esse ratę. Idem in epist. Tu fore tam lentũ iusta Menelaon in ira. Et geminos fratres Tyndareũq; puta. Idem vij. met. Procrin habe dixit. In eodem. Tantaq; nox animi est Ityn huc accersite dixit. Idẽ in ibide. Et fletu madidis ibin adite genis. Papi. in achil. Et thetin & comites & quos suppresserat ignes. ¶ Accusatiui a lõgis noĩatiuis ꝓducunt tantũ, vt ęneam, anchisen, helenen, & reliqui
En & an acti lõgi. ab as es & e, de qbus omnibus nimis frigide & incerte loquutur Verulanus & Nebrissensis. Ouid. Aeneam animo nocte dieq; refert. Idem. Respice Laertem, vt iam sua lumina cõdas. Pris. in perihe. Europen asiæ Tanais disiũgit ab oris. Oui. in vi. met. Fecit & asterien aquila luctante teneri. Idẽ in epist. Deianiræ Mittor ad alciden e cõiũge cõscia mentis. Littera si cõiunx deianira sua est. Sic cæteri q̃tq̃ sunt fide digni. ideo nõ recte dixit Sulpitius hæc variari. Sidonius in græcis plærũq; errauit vt sæpe ostẽdimus, & nunc errat in actõ alciden dicens in ꝑfatione tertij panęgy. Nec quę Cadmęis pariens Alciden in oris. Suspendit triplici nocte puerperiũ. Mart. Te fingẽte nefas Piladen odisset Orestes. Cum Sulpitio titubat Bebelius. Hymen ꝓducitur. licet vltima genitiui hymenis corripiat. Catul. Hy-
Hymen: men o hymenęe hymenades o hymenęe.

R

R breuies, produc cuius dat patrius eris,
R Addito iber, aer, æther. Sit celtiber anceps.
Vt cor non longum melius producito tantum.
Cur, far, lar, fur, nar, par, nec prolem breuiabo.

¶ R corripitur, vt mulier, pater, mater, hector, nestor, licet a græcis ꝓducãtur πατηρ μητηρ εκτωρ &c. teste Nestore, quia videndũ

est quid latinis placuerit, nõ quid græci fecerint, siquidẽ velim⁹ latine scribere. Oui. xij. met. Inferias dederat cũ fratrib⁹ Hector inanes Papi. x. theb. Non ora virũ non pectora flectit Imber atrox, rectosq; tenent in mœnia vultus, sic Verg. cæteriq; in hoc errauit Alexãder. Verg. in ætna. Purpureaq; rubens surgat iubar aureus ostro. Mart. lib. i. Ecce vir est nũquid paula negare potes? Et lib. ij. Grãdia vba vbi sunt. si vir es ecce nega. Oui. i. met. De grege nũc tibi vir & de grege natus habẽdus, cęsurę licẽtia est. Verg. Hic vir hic est &c. sic reliqui. quocirca nolim imitari. Petrarchã, hoc nomẽ admodũ sæpe pducẽtẽ, vt in. iij. aphricę. Hæc tibi cura dat vir optime, nã tibi sermo Dulcis adest. Oui. ix. met. Et paulũ blandita fer has fidissime dixit. ¶ Producunt noĩa in er habentia eris pęnultima lõga in genitiuo, vt crater, character, clyster &c. quę græca sunt omĩa pter ver veris. Oui. Ver erat æternum. Manil. lib. i. Crater & duplici centaurus imagine fulget. Idem lib. v. Vltima pars magni cũ tollit ore leonis. Crater auratis surgit stellatus ab astris. vulgo mendose legit Crater & auratis &c. Proper. lib. iij. Ante fores tẽpli crater antistitis auro Libatũ fundens in tua sacra merũ. Luca. lib. vi. Si tibi durus iber, aut si tibi terga dedisset. Cantaber exiguis aut longis teutonus armis. Iber. i. hispanus. Iberes in armenia sunt. Vale. flac. lib. v. Quos nec Iber aut mita suis aurora pharetris Sustieat, Celtiber variatur. Nam Priscia. lib. vij. ait vnicũ nomen secũdę declinationis pducere er, quod est iber cum suo cõposito celtiber. de correptiõe satisfacit Martia. dicens lib. x. Ducit ad auriferas, quod me salo celtiber oras. Ideo nõ male dixit Alexander, Celtiber atq; Iacer, dicitur quoq; celtiberus pęnultima lõga. Catul. ad Egnatiũ. Nunc celtiberus cęltiberiã in terra, scazon est. ¶ Celtiber pænultima obliqui semp pducit, vt in cremẽtis recte pbauimus. Verg. lib. vi. Largior hic cãpos æther & lumine vestit. Oui. vi. met. Audiat hoc æther & si deus vllus in illo est, sic cæteri. Lucre. lib. v. Inde mare, inde aer, inde æther ignifer ipse, vide etiam a ante e. Multi credunt aer a Claudiano licenter corripi in pri. de raptu Proserpinæ dicente. Lucidus vmbroso miscebit axis auerno, sed vt recte docet Calepinus, mẽdose legunt, & pulchrum poetæ sensum peruertunt, quia axis nõ aer, legendum est. Aer itaq; nusq̃ corripitur a doctis. Cor rectius corripit. quia semel tantũ inuenio pduci. Oui. in epist. saphus. Molle meũ leuib⁹ cor est violabile telis. Idem. v. met. Inq; cor hamatã pcussit arundine ditem. Idem. v. trist. Strãgulat inclusus dolor, atq; cor æstuat intus. Ibidem. Molle cor ad timidas, sic habet ille preces Idem in primo de ponto. Confiteor misero molle cor esse mihi.

Imber.

Crater.

Iber.

Celtiber.

Aeter Aera.

Cor.

Auso.in epig. Qui remisco putat se dicere posse latine. hic vbi cor scriptum est, faceret cor si cor haberet. Nota pnomen hic, hic pduci. Mar.lib.x. Dotatę vxori cor arūdine fixit acuta, sic cæteri. Hora. Cur ego si nequeo ignoroq; poeta salutor. Ouid.i.fast. Ante deos homini quod conciliare valeret, Far erat & puri lucida mica salis. Idem.v.fast. Exagitant & lar & turba Diania fures Peruigilātq; canes puigilātq; lares Turba diania.i.canes, quia Diana est venatrix Persius. Fur es ait pedio. Verg.in.vij. Sulphurea Nar albus aqua, fontesq; Velini. Val.flac.lib.i. Par oneri clauęq; capax. Sil.xiiij. Par om̄es simul ira rapit Catul.ad Lesbiam. Ille mi par esse deo videt, sap.est. Ver.in ętna. Nā pp̄e naturę par est violētia semp. Lucre.in.i. Hęc soliti sum⁹ vt par est euēta vocare. Idē dices de cōpositis. Hora.sat.iij.lib.ij. Ludere par impar equitare in arūdine lōga. Idem Vt matrona meretrici dispar erit atq;. Sic cęteri, q puritatē illā liguæ latinę veterē obseruarūt. Quocirca nō imitabor Ausoniū Gallū de ternario numero dicentē. Tris primus par impar habet, mediūq; sed ipse &c. Nec Auianū dicentē, dispar erat fragili & solidi cōcordia motus. Oui.in ponto. Hei mihi q̃ dispar est locus ille Getis. nec sequar Petrarchā in vij. aphricę dicentē. Ast aliū timuisse par est ab origine rerū. Bebelius ait. Impar. Caius Suetonius trāquillus corripit præter morē. vellē versum adduxisset. Tu igit par, impar, dispar cōpar &c. semp pducę. Bebelio vix credo, quia dictis verbis statim subiecit mendacium, dicens. Lynter vltima longa &c. Tibul.lib.ij. Exiguus pulla per vada lynter aqua:

Cur. Par. Lar. Fur. Nar. Par cum suis compositis.

NOTA Lynter.

As.

As.

As produc, sed addis que dant patrio breuiantur,
Et ternę quarto, vates bonus helias inquit.

¶ As pducit vt foras. Hora. Ne fidos inter amicos sit, qui dicta foras eliminet. Bebelius dicit a Lucretio corripi. Perlegi dilig̃ter libros Lucretij nec istud notare valui, ideo puto Bebelium nactum fuisse mēdosos libros. Vellem versum Lucretij citasset. Foras itaq; tantū pducę. ¶ Corripiunt tn̄ oīa noīa tertiæ, q̄ꝝ gtūs in adis vel ados desinit. Persius. Hoc natat in labris, & in vdo est menas & atys. Hora.in arte. Pythias emūcto lucrata simone talentū. Ouid.ij.de arte. I procul hinc dixit, non est mihi tibia tanti, Vt vidit vultus Pallas in amne suos. Idem vi.meta. Pallas anum simulat. Papi.viij.theb. Pallas ad hunc præsens illum Tirinthius implet, sic cæteri quotquot sunt fide digni corripiunt hoc nomen. Oui.scd'o metamor. Arcas adest ter quinque ferens natalibus annos. Capella lib.pri.

As adis.

Arcas.

Arcas in thalamos venire iussus.phal.est.habes in prima regione trocheum, in qua re imitatus est Catul.id saepicule facientē, vt in.i. carmie. Quare habe tibi quicqd est libelli. Qualicūq; quidem ora per virorū, sic alibi frequēter, vt ante meminimus, quę res Bebeliū & plures decepit. ¶ Corripe quoq; acīm pluralis numeri tertiae declinatiōis. Mar.lib.ix.Phineas inuites apher & aedipodas.Papi.in xi.theb. Vota deis caeco, nec erinnyas ore rogaui, sed libri fere hnt erinnas p syncopā, & sic pducit vt dicit Geor. Valla. li.xxxviij.ca. xxix. Oui.in epist.In te fingebam violentos troas ituros. Persius. Phyllidas Hypsiphilas vatū & plorabile siquid. Verg. Permixtos heroas & ipe videbit illis. Idem Aonas in mōtes vt duxerit vna sororū. Idē.x.aenei.Indulgent vino vertunt crateras anhelos. ¶ Ausonius & Bapt. Mantuanus corripiunt helias. vide i ante a.

As i actiuo tertiae

Es.

Es.

Ponitur es longum, pluralia corripe graeca
Quae crescunt, velut es de sum, penes, inquies adde
Cum neutris, & si patrio est poenultima curta
Ternę, tolle ceres, aries, paries, abies, pes.

¶ Es pducit, vt anchises, dares, &c. contra Martianū Capel. q falsē ait, es in graecis corripit, vt anchises. Verg.in.v.aenei. Anchises alacris palmas vtrasq; tetendit, facile occurrent plura testimonia in.i. lib. Silij mendose chromes p chremis legit, Tum frontē chremes intonsam &c. tu legito, Tum frontē chromis intonsam vibrāte capillo Septus, & horrentes effingens crine galeros. In hac re errauit Sidonius, teste etiā viro doctissimo Io. Bapt. Pio, vt lib. viij. epist. Aut quo tu Latium beas Hora. Alcęo potior lyristes ipso. phal. est vt in laudib[9] Narbonis. Siue Aeetes & inclyt[9] Iason. vltimā in his corripi syllabā iudicamus cū Pio mensui modulorū dissentaneū q a per η graece scribunt. ποιητης ψαλτης αιητης &c. poetes psaltes lyristes aeetes &c. ¶ Corripiunt ante omia graeca pluralis numeri tertię declinatiōis, crescentia in singulari, veluti dęmones, vascones, britones, & omia ab on, paeanes, sirenes, delphines, & quęcūq; additione is syllabae faciunt gtm ab n. ¶ Omia ab er pducto vt praesteres, crateres. Omia ab or pęnultima genitiui correpta vt hectores, castores. At latina sunt arbores, memores. ¶ Omia ab as antis vel adis. vt gigantes, arcades. Omia ab es etis. penultima longa prẹter inquies, locuples, quia latina sunt, vt lebetes, tapetes, dares, magnetes, cretes. Omia ab is, idis, vel entis, vel ios aut eos, vrys yos, vt pyxides, iaspides, erinnyes, sed lapis & cuspis latina sunt.

Lyristes. Aeetes.

Es plurale.

Omia ab os ois, vt heroes troes, & a ceros, vt rhinocerotes, & eros .vt phileroses. ¶ Omia ab vs odis & untis, vt tripodes opuntes. Quædā ex abs, yps, aps, ops, vt arabes, chalybes, lælapes, dolopes cyclopes, hydropes &c. Opes autē latinū est vt dapes. ¶ Oia masculina ab ex, vt thoraces, & quæcūq; habent gis, vt leleges &c. prę ter rex, grex, remex, lex cōiunx, frux. Sunt alia quoq; de quibus nō est certa regla, vt cares, cilices &c. quoꝝ tamē nōnulla latinoꝝ more ꝓduci cernes. id nunq̄ ꝑmisero sine authoritate, adeo rara est ꝓductio & tam frequēs correptio. Papi. theb. iij. Nocturneq; gemūt

Striges. striges & feralia bubo, Dāna canēs. Ver. xij. ęnei. Iam ṽo Rutili certatū & troes & oēs. Idem. Troes agūt &c. Idem. x. ęnei. Arcades insuetos acies inferre pedestres. Luca. lib. i. Pugnaces pictis ꝓhibebant lingones armis. Iu. Quo nec terribiles cimbri, neq; britones vnq̄. Idem in. xv. sat. vascones, vt fama est alimētis talibus vsi. Claudianus in. iij. de raptu ꝓserpinę. Iam coelum titanes habent. Verg. ęnei v. At ꝓcul in sola secretę troades acta. Oui. x. met. Vrnisq; vacarūt Belides, inq; tuo sedisti Sisyphe saxo. Proper. Tunc me vel tragicę vexetis Erinnyes & me. Sic cyclopes, nereides, delphines & cætera quę omia puto melius corripiēda esse. Nam apud Iuue. sat. vij. Stāib⁹ Cenophoꝝ, tripodes armaria, cistas, cæsurę licentia videri potest. Esto tamē ꝓducat tripodes nō facile ob id cōcessero cętera ꝓduci posse. At lōga sunt gades, syrtes, carybdes, q̄ nō crescunt. Verg. Quid syrtes aut Scylla mihi quid vasta carybdis Profuit. ¶ Es a

Es ṽbū. sum corripit, ab edo ꝓducitur, author Priscianus. Ouid. in. i. meta, Quisq; es hoc poteris mecū considere saxo. Verg. Huc ades o formose puer. Ouid. Nec potes in versum Tuticani more venire &c. Horat. Quem penes arbitriū est &c. ¶ Inquies contra primitiui

Penes. Inquies. naturā authore Prisciano ex Probo, quē secutus Alexander dixit, Inquies est curta, tamē etis erit sibi longa. Mallem poeticū testimonium, quia Probus m̄lta dixit a nullis poetis obseruata, vt pes corripi. Et ideo Bebelius recte dixit inquies melius ꝓduci. ¶ Corripiūtur noia neutri generis, vt hippomanes, cacoethes &c. Author est Gęor. Val. Placentinus lib. xxxviij. cap. iij. sat. vij. Tenet insanabile multos Scribendi cacoethes, & ęgro in corde senescit, ita dicit

Es neutri generis. se in antiquo codice longobardis exarato litteris legisse linguæ latinæ columē, Ang. Politianus, ꝓ quo inepte legit cacethos nihili dictio, vtpote nec latina, nec gręca. Mancinellus. Iuue. interpres sic ait Cacoethes neutri generis tetrasyllabū est. cacon malum est ηθοσ ꝑ η

Cacoethes. id est ethos ꝑ e longū mos dicitur, sed εθοσ per e tenue. i. ethos per e breue consuetudo dicitur, vide plura in e antea. ¶ Corripiuntur nomina tertiæ in es penultima genitiui corripientia, vtpote quæ inis

etis, aut idis penultia breui obtinent vt miles, teres, deses &c. Horat. Hæc seges ingratos tulit, & feret omnibus annis. Verg. in. vij. æneí. Diues inaccessos vbi Solis filia lucos. Verg. in vi. æneí. Obuius armato ceu quum pedes iret in hostem. Verg. de viro bono. Securus mundi instar habens teres, atq; rotundus. Non credo teres pduci, licet id testetur Ferettus interpres corripitur, licet Bapt. quodam in loco videat pducere. At solũ pducunt ceres, abies. paries, aries, & pes cũ suis cõpositis. Verg. Flaua Ceres alto neq; q; spectat olympo. Mart. lib. iij. Hic farta premit angulo ceres omni. Scazon est, sic cæteri (licet Ferettus putet variari) nisi forte Boetius in li. iij. ode. i. Vt noua fruge grauis ceres eat. v sus est ithyphallic⁹ cõstans dactylis tribus & pyrrhicio, sed forte s eliditur. vt in palus apud Horatiũ & in cerneres apđ Capellã lib vi. dicentẽ. Hic igit furuę oculos splẽdescere noctis Cerneres ex auro vt sacra flãma micat. Ego hor; nihil imitari ausim, Pręterea nimis frequẽs est apud Capellã vocalis ante vocalem nõ interempta. Verg. in buco. Populus in syluis, abies in mõtibus altis. Idem in opusculis. Quã fixam paries illos seruabat in vsus. Luca. Extruitur qđ nõ aries impellere possit. Vergi. iij. Geor. Pes etiã & camuris hirtę sub cornibus aures. Festus in Arato Desuper aurigę dexter pes imminet astro. Proper. lib. ij. Quę nũc; supra pes inimicus eat. Hora. saty. iij. Omia magna loquens mõ sit mihi mensa tripes & Concha salis puri. Iuue. sat. xi. Hinc stomacho bilis nã pes argenteus illis. Oui. vi. met. Nec pes ire potest, intra q; viscera saxũ est. Luca. in. i. Primus in obliquũ sonipes opponitur amni. Verg. Stat sonipes & fręna ferox spumãtia mãdit. Idem in. x. Tollit se abreptum q; diu pes & calcibus auras. Verberat. Sil. lib. iij. Et doctus virgę sonipes in castra ruebat. Verg. Quales apes æstate noua p florea rura, sic cæteri quotquot puritatẽ linguæ latinæ inuiolatã custodiere, licet Probus voluerit pes corripi, cui quantũuis vetusto grãmatico sine veter; testimonijs poetar; nihil credimus & multo minus Alexandro Gallo, nec fidẽ facit Ausonius Gallus. Hic eñ licet optime multa dixerit, quædã tamẽ contra veterũ authoritatẽ nimis audacter, aut ex industria, aut per ignorantiã dixit, vt libros nostros perlegenti patet. nolim itaq; Ausoniũ imitari, dicẽtem de numero ternario. Qui bipes & quadrupes foret, & tripes omnia solus. Terruit aoniam volucris leo &c.

Es breue tertiæ.

Ceres.

Pes.

Ausoni⁹.

Is.

Is

Is breuio, verum plurales protraho casus,
Isq; quod in patrio mutatur in itis & inis,

Aut entis, Tethys varfo. Glis vis quoq; nomen
Cum verbo longum est, veluti persona secunda
Protrahit is quoties itis plurale reponit.

¶ Is corripitur. Mart. lib. x. Donaui tamē inquis amico milia qnq;
Quis bis, mis, tis, gti antiqui, & teste Feretto cis prępositio, sed recte obseruauit Petrarcha dicens in. iiij. aphricę. Flēda cisalpinis iam gallica rura colonis. Verg. Quisquis es hoc poteris &c. Idē. Constituit menses quinq; bis esse suo. Idem. Hectora quisqs is est sisum tibi cura caueto. Producito oēm casum pluralē in is. Verg. Quis ante ora patrū &c. Idem. Omīs vt tecū meritis p talibus annos Exigat. Eiusmodi actōs doctissimus quisq; p ei diphthōgon oēis partis & treis &c. Scribit dominis, poematis, sardis, syrtis, gadis pluralia, quoꝝ memīt Gęor. Valla Placētinus lib. xxx viij. cap. xxxi.

Is sing'are longū. ¶ Producunt noīa in is quę pęnultima lōga faciunt gtīū crescentē in itis vel inis, vt lis, dis, samnis, aut in entis, vt simois, pyrois, opois. Oui. Lis est cū forma magna pudicitiæ. Idem in epist. Penelopes. Hac ibat Simois, hic est Sigeia tellus. Oui. Interea volucres pyrois eous & æthon, vide vocalē o ante i. Priscianus vult etiā pduci tethys & multa similia, in qbus testimonia poetaꝝ desydero. Nam vnicus Vergilij versus, quē solum p cōfirmatione opinionis suæ Priscian⁹ habet, mihi nō satisfecit in. i. Gęor. Teq; sibi generꝝ tethys

Tethys. emat omnibus vndis, nam Verg. simili loco cæsurę licentia aliquādo manifesto vsus est. Esto tamē pducat vnicū nomen tethys, nō cōtinuo idē dixeris deitys, atys, chelys, capys &c. Cōcedam⁹ itaq; nōnihil grāmaticis & Tethys p Oceani vxore, nam aliud nomen thetis cum i latino notū est corripi tātum. Corripit itaq; prius nomen ab Ouid in. v. fast. Et latus oceano quisq; deus aduena iunxit. Tethys & extremo sæpe recepta loco est. Festus in Arato. Est chelys illa dehinc &c. Oui. xiiij. met. Sed Capys ante fuit. ¶ Producito

Glis. Vis. glis & vis siue nomē siue verbū cum suis, vt sis pro si vis, quāuis, vteruis, quiuis. Oui. Vis ea si verbi est cur nō ego Veiouis ædē &c. Verg. Quāuis elysios miret græcia cāpos. apud Senecā de puidētia diuina. Ardua prima via est, q̄uis & inane recētes. Inepte vulgo habet, & q̄uis &c. Hora. Cuilibet argilla quiduis imitabit vda. Idē. Non cuiuis homini contingit adire corinthū. ¶ Memphis (ne

Mēphis. quisq; te fallat) corripit. Habet eī memphios in gtō, non (vt male Sedulius credidit qui cū Baptista errauit) memphitis, sed a memphis est mēphitis adiectiuū. Tibul. lib. i. Te canit atq; suū pubes miratur Osirim Barbara, memphitē plangere docta bouē. Gtīs est mēphitidis. Sedulius nō recte ait li. iiij. Tēpore Mosis Carminibus

vanis quidam mephitis in oris, Signa dabant. Mart. lib. vij. Nec te Roma minus q̃ tua mephis amet. Idē lib. viij. Iam tacet eoum barbara mephis opus. Sic in xi. Sillij. Ais corripit a Sidonio in epitha. Polemij. Prience bia pluris ais esse malignos. Persius. hunc ais hūc &c. aliqui ain p ais ne, apud Persiū legunt. Ego puto corripi licet ai videatur quartā olere. ¶ Producunt secundę psonę singulares, quādo plurale habet itis pęnultima lōga, vt sis, velis &c. Mart. Nescis heu nescis dn̄ę fastidia romae. Oui. xiij. meta. Decedit & timido possis ignoscere fratri. Verg. i. aenei. Assis o tegete fauens. Ouid. Tu quoq; fac prosis intra tua claustra iacenti. Mar. Esse velis oro seruus cōuiua tonātis. Proper. lib. ij. Non audis & verba sinis mea ludit ę quū iam. Oui. Tristis abis, oculis abeuntē, psequor vdis. Idem in. i. fast. Da mihi te placidū dederis in carmina vires. Vale. flac. lib. v. Astiteris impune trabes. Tibul. li. iiij. Respueris etiā Phoebo gratissima dona. Hora. ode. vij. lib. iiij. Cuncta manus auidas fugiunt haeredis amico Quae dederis animo. Ibidem, pducit occideris haec pterita esse volunt, & in plurali pduci dederitis &c. Secus est de futuro Hora. Dixeris egregie. Verg. Iuueris auxilio nescis; quidā male crediderūt corripi ab Ouid. in epist. Vbi in optimo sensu & in correctissimis codicibus in prima psona nescio legit, sic Nescio an exciderint mecū loca venimus illuc. Apud Propertiū quoq; non dormis in secūda psona, sed in tertia dormit in bono sensu. legendū est teste Feretto, sic in. ij. li. Et soror & cū qua dormit amica, simul. apd eūdē lib. iij. nutrit in tertia psona, leges non nutris, licet vulgo ita habeat. Te scel⁹ accepto thracis polymnestoris auro. Nutrit in hospitio non Polydore pio. sic quidā libri habent, nam & scelus accepto &c. quae lectio Bebeliū & plures decepit. Et apud Iuuenalē legēdum est poscis a posco, vt doctissime docet Badius. Non possis a possim contra Mancinel. & plures sic sat. v. Tanti ne iniuria coenae, Tam ieiuna fames, quū poscis honestius illic. Et tremere, & sordes farris mordere canini. Geor. val. li. xxxviij. vult S. perimi, vt in palus apud Horatiū, sed predicta placent. vide oro acutissimā Badij interpretationē, & videbis poscis a posco legendū. Non (vt legit Mancinellus) possis a possim. Ex his liquet Rigam, Seduliū, Aratorē, pluresq; grauiter errasse. Riga in Luca. Dum venis in regnū christe memēto mei. Arator lib. vi. Nisi diligis inquit Cernere quē potēs es fratrē, quem cernere non est Nescis amare deū. Idem. Nullasq; volens contingere mensas. Esuris ad facinus. Idem. Aduenis incluso soluere vincula gregi. Sedul. Peruenis ad christū non christus peruenit ad te. Auianus fabulator nō imitādus. Siue decus bu-

Ais.
Is. secūdę psonae.
Nescis.
Dormis.
Nutris.
Poscis.

sti seu velis esse dec⁹. Licet autē venis, excusare posset, quia olim ve no in tertia dicebatur, tamē quia apud doctissimos nō reperitur in vsū, ideo nunc corripiam, sed imitabor Verg. di. in. ij. æneí. Expectate venis, vt te post multa tuorū. Itē. Seu dextra læuaq velis occurrere pugnę. Errauit cum Aratore Petrarcha corripiens venis, sentis, nescis, & plura quibus supersedeo.

Os.

Os Os produc. patruis breuis est & compos & impos.
Osq ossis præbens, rectos breuiato secundę.
Os recti produc quoties tibi patrius o dat.

¶ Os producitur. Persius. vt tuus iste nepos olim satur anseris extis. Bebelius male dicit corripi, quia Sidonius male corripuit. Vide p nepos in regula de pro in cōpositis. Ouid. vij. meta. Auro Hæros æsonius potitur. Idē. viij. Doleo q Minos hostis amanti est. Verg. Tros a't ænea &c. ¶ Corripitur quicūq gtūs in os, non solum ados abas cōtra quosdā, nec credo Georgio vallę qui dixit eiusmodi gtōs variari, quia semp correptos inuenio, siquis aliter inuenerit apud veteres poetas ostēdat, & cedemus. p solos grāmaticos nihil pbauerit. Ouid. i. met. Arcados hinc sedes & inhospita tecta tyranni. Ingredior. Papi. viij. theb. Tydeos hasta tui. Oui. fast. v. Pars credidit esse Tethyos has neptes oceaniq senis. Mar. li. ij. Peleos & Priami trāsit vel Nestoris ętas. Idem li. iiij. Ille magis ludit qui scribit prādia seui. Tereos aut cœnā crude Thyeste tuā. Oui. in. i. de arte amādi. Qđ rogat illa timet, qđ nō rogat optat, vt instes. Insequere & voti postmodo cōpos eris. Aldus cū nonnullis alijs male dixit pduci cōpos imposq. necnō teres vt in es pbaui, sed nemo tā diligens qui non aliquādo erret. ¶ Os ossis qđ scimus ex adiectiuo hinc deducto exos. i. sine ossibus. Lucre. li. iij. Exos & exanguis tumidos pfluctuat artus, os oris pducit. Oui. Os homini sublime dedit. Corripitur omne nomē in os secundę declinationis, vt samos, synodos, diphthōgos, lesbos, lemnos, logos, melos, cahos, epos, argos &c. Oui. in epist. Leādri. Soluerit in speculis omis abydos erat. Idem. nō senis ętę regia lēnos erat. Verg. vi. ænei. Et chaos & Phlegeton loca nocte silentia late. ¶ Producunt autē nomina quæ p tertiam declinationē atticam faciunt genitiuū in o, vt androgeos, athos, Cos, apollos, demoleos, nicoleos. Verg. ij. ęneid. Androgeos offert nobis socia agmina credens. Nestor ait, si androgeo dixisset, vsus non staret, id negat Mancinel. dicens, eiusmodi os longū

Marginalia: os in gtō — Cōpos. — Os. — Exos. — Os scđæ — Androgeos.

mus longũ ỽ̃ri, vt apđ Ouidiũ. Viueret androgeus vtinã. Cæterũ Seruius in illud Verg. Geor. ij. Castaneę fagos ornusq̃ incanuit albo Flore pyri. dicit hic os produci æolico more. nã si fagus dixisset versus non staret, sic in Ciri ꝑducitur halyetos. Corripit vero halyetus. Eoles certe pro ω sæpe ponũt o & contra, nos nihil eiusmodi sine veterũ poetarum testimonio immutabimus, sed inuẽtis hic libentius q̃ inueniẽdis vtemur. Val. flac. lib. ij. Cõgeminat qua primus Athos & põtus & ingens Thraca palus. Verg. ęnei. xij. Quãtus Athos aut quãtus Erix. Serui⁹ vult hic athon legi, quia si athos legeret, versus stare nõ posset, vt ipse putat, sed fallitur teste Nestore, quia oĩes codices athos habent, & optime. Scribitur enĩ græce per ω mega ἄθως, quod gtĩ facit atho. Seneca in Medea. Hæmonias ille cõtulit pestes athos. Iuue. Velificatus Athos, & quicq̃d grecia mendax. Genitiuus atho est in Apollonio & Theocrito, vt Nestor declarat. actĩs est atho vel athon. Atho quidẽ apud Vergil. i. Geor. Aut Atho aut Rhodope, vbi atho corripit o ꝓpter sequentẽ vocalem vt alibi. Sub Ilio alto. Nec athon legi potest, quia ꝓducit teste Nestore. Est autẽ apud Ouidiũ, ex quo quãtitas haberi nequit, metamor. xi. Nec leuius q̃ siquis Athon Pindũq̃ reuulsos. Dicit quoq̃ athon onis. nõ vt credidit Priscianus athos onis. & est mõs Macedoniæ. Cice. li. iij. de repub. Quid ergo illa sibi vult absurda exceptio, nisi quis athonẽ ꝓ monumẽto vult penitus efficere. Paulus ad Titum. cap. vlt. zenam legisperitũ & Apollo sollicite ꝓmitte, vt nihil illis desit. Actĩs est ab apollos, ꝓ apollona ab apollon. Idẽ ad Corint. i. cap. i. Ego quidẽ sum pauli. ego apollo. hic gtĩs est. Ibidem ca. vlti. de Apollo autẽ fratre notũ vobis facio. Abltĩs est ab apollos. barbari vt Mamotrectus, cæteriq̃ putauerũt in dictis locis Apollo nomen esse indeclinabile. Athos.

Vs

Vs correpta datur, monosyllaba cum genitiuis
Ternæ vel quartæ produc, numeriq̃ secundi.
In quarta primum, quartum, quintumq̃, & in uris
Dum ve utis patrius vel in udis, & untis odisue
Aut quintus fit in u, longus tum rectus habetur.
Ergo produces venerabile nomen Iesus.

¶ Vs corripit, vt tp̃us, pec⁹, interc⁹. ¶ Producunt ỽ̃o monosyllaba, vt rus, thus, ius, mus. Horat sat. vij. Proscripti regis Rupili pus atq̃ venenũ. Iu. Plus aloes q̃ mellis habet. Produc etiã gtõs tertię,

vt clius, didus. Verg. Fatidicę Mantus & thusci filius amnis, & gtō quartæ, & in plurali eiusdem declinationis noīatiuū accusatiuū & vocatiuū. Ouid. Adde manus in vincula meas meruere cathenas.
¶ Producitur us in noīatiuo singulari, vbi genitiuus terminat in utis vel udis vel uris pęnultima lōga. Horat. Virtus est vitiū fugere, & sapientia prima Stultitia caruisse. Ouid. i. meta. Mox etiam fruges tellus inarata ferebat. Et lib. ij. Alma tamē tellus, vt erat circūdata ponto. Verg. Fata obstāt tristisq; palus inamabilis vnda. Horat. S. interemit aut systolen fecit, dicēs in arte. Regis opus sterilisq; diu palus aptaq; remis. Idē fecit Capella lib. vi. dicens. Interriuata marmore tell⁹ erat. Neutrū imitabimur, quia doctissimi eos in hoc nō imitantur. Simile est vbi genitiuus desinit in untis, vt cerasus, opus amathus, sipus, trapezus, phicus oppidorū, aut locorum nomia. Verg. lib. x. Est amathus, est celsa mihi Paphus atq; Cythera.
¶ Græca quoq; a pus ꝓducūtur, quia per ου diphthongon scribūtur, vt sciopus, tripus, melampus, œdipus, ideo dicit Gęor. Val. lib. xxxi. cap. xxij. Oedipodes poeticū est, quia œdipus ꝓpter breuem inter duas longas dicere non licuit. Est tamē vbi ου diphthongus in o micron vertitur, vt syracosius, orion, sic polypos ꝑ polypoys, & a polypos corripitur polypus vt visum est in o añ l. Androgeus in precedenti lectione patuit. Produc quoq; vbi vocatiu⁹ in u desinit, quia similter ꝑ ου diphthōgon gręce scribit. Verg. ij. ęnei. (licet Donatus pentheus legerit) Panthus otriades, areis Phœbiq; sacerdos, sic quia per ου diphthōgon scribit, doctissimi produci testantur dulcissimū dei nostri nomen Iesus.

¶ Finis Tertij.

Artis versificatoriæ Liber quartus de accentibus & punctis.

¶ Ioannes Despauterius Niniuita venerabilibus sacerdotibus Iacobo Bueno & Eustathio Scoto Hasebrocanis, moribus & doctrina præclaris & Pascasio Valerauio Hondiscotano, musico excellentissimo christi sacerdoti vitę probitate insigni. S. P. D.

De accentibus punctisq; libellum vobis nuncupatū desydero amici cādidissimi, non eo quidē animo vt sperem, per hunc vestro honori aut famę quicq; additū iri, sed vt meum in vos non vulgarē amorem patefaciā, & ipsi libello contra maleferiatos omnis politioris doctrinę contēptores, cōparem vos patronos minime proletarios. Neq; ēm me latet hunc libellū multis displiciturū. Siquidem senes valde indignātur dedoceri, & contra suū abusum aliquid a nobis dici ferunt ęgerrime. Nusq; vero tam insigniter errant, vt in accētibus, veluti hoc opusculū perlegentib⁹ patebit. Nolim ecclesiasticū cantum immutari, quādoquidem cōsecratis vtendū esse Fabius recte admonuit, at in his quę leguntur potius q̄ cantātur, qualia sunt euāgelia, epistolæ, lectiones, orationesq;, quis rectū accentū seruare vetuerit, præterq; plane indoctus? deridebor (inquiet aliquis) ab indoctis presbyteris, aut tumidis canonicis, si recte pnūciare voluero. Iacobus Simonis, Iesus, Paraclytus, Maria, Rusticus, Helena &c. At istud si omēs veremur actum est de linguæ latinæ restauratione, quā tam ardēter cupio, vt ne pili quidē fecerim ab asellis bipedibus nihili fieri, dum doctissimis placere me intelligā. Valete & Niniuitā vestrum alio culpante defendite. Ex bergis diui Guinnoci. Calēdis Maijs. Anno salutis supra millesimū quingentesimo vndecimo.

Accentus est certa lex siue regula ad eleuandā deprimendam ve syllabā vniuscuiusq; pticulæ orationis accōmodata. Accentus triptitus est, acutus, grauis, circumflexus. Acutus quidē quo syllaba eleuat̄, vt es a sum. Grauis quo syllaba deprimit̄ vt pęnultima & vltima in dn̄s. Circūflexus est quo syllaba eleuata deprimit̄, vt dos. Hunc hoīm inscitia nō ratio aliqua in tantas tenebras depulit, vt nemo sit hodie qui illū aut enunciet, aut ab aliquo enūciatū auditu pcipiat, sensuq; diiudicet. Nos illū omino obseruandū esse dicim⁹, qa a Prisciano & quotqt an̄ Priscianū

fuere, diligenter docetur. Accentū autem moderatū (quē Alexan/der barbariei assertor intulit) doctissimi execrant, ideo hūc ad Gothos relegamus. ¶ Accentus a græcis prosœdia dicit. pros. i. ad. œdo, cano. latine dicit vocis nota. voculatio, moderamentū & fastigium tenorq;. Quoties autē de accentu loquimur per excellentiā: acutum circūflexum ve intelligimus, quē predominantē principalemq; appellamus. Estq; in qualibet dictione cuiuscūq; linguę vnicus accentus p̄dominans. Cæteros graues dicimus.

Acctus.

Accentuū regulæ quinq;. Prima.

¶ Omnis dictio monosyllaba naturaliter breuis, licet positiōe p̄ducatur, acuitur, vt sum, es, est, nux, nix, fax.

Secunda.

Monosyllaba dictio naturaliter p̄ducta circūflectit, vt dos, ros, res, spes, vbi naturaliter p̄duci nō constiterit ad acutum cōfugito.

Tertia.

Dissyllaba dictio cuius prior syllaba tantū naturaliter p̄ducit, circumflectit priorem, vt ntūs ara. Alioqui priorem acuet, vt ablātis ara. Item Hara, estis, reges &c.

Quarta.

¶ Polisyllaba dictio cuius pænultima p̄ducit: vltima vero corripitur, circumflectit pœnultimā, vt romanus. Qd' si vltima producatur, acuet pænultimā, vt sacerdos, athenę. ¶ Potestis & cętera q̄ pænultimā non naturaliter, sed positiōe p̄ducūt, tandē acuunt, nō circumflectūt. nam circūflexus semp̄ est in syllaba naturaliter lōga ¶ Polisyllaba dictio hic dicit, quę plures syllabas q̄; duas cōtinet.

Quinta.

¶ Polisyllaba dictio cui⁹ pęnultima corripit, antepænultimā acuit, vt affatim teste Gel. li. vij. cap. vij. sophia, philosophia, mulieris, scatebra, volucris, & reliqua naturaliter correpta, vt in liquescētia diximus. Deprōptę sunt hæ regulæ ex Capella, ex Prisciano, & doctissimis quibusq;. vt reliqua quę sequitur omnia.

Exceptiones a dictis regulis sex.

¶ Prima exceptio est. Interrogatio accentū mutat, quia vltima interrogationis semp̄ acuit, vt egone? Quis furor o ciues. ¶ Secunda distinctionis gratia mutat accentus, vt vna aduerbium vltimā acuit ne videat esse nomen, sic pone p̄positio vel aduerbiū, sic eo, alio, illo, falso, sedulo, repente, palā, porro, forte, ea. aliqua &c. vltimā acuunt dum aduerbia sunt, ne putent esse nōia vel v̄ba, vel p̄nōia vel p̄cipia. Alias aduerbiū vult Priscianus in vltia circūfle/

Interrogatio.
Distictio vel differentia.

eiu differentię causa. Ergo p causa & puta aduerbiũ eadem ratione vltimã acuunt, vt Sarpedon quãdo habet sarpedontis, & pero nomen nymphę, p calceamẽto vero regulã seruat, vt sarpedon onis sic cuius ntũs vltimã acuit ad differentiã gti cuius, sic circũ ppositione actũs esse putet. de hoc nõnihil in seqntib⁹ dicã. Menas & Lenas nõiatiui viris pprij vltimã acuunt ne putent acti plurales. Has differẽtias in Tortellio & Prisciano inuenies. noli ipse nouas fingere.

Tertia concisio accentum mutat, ideo vocatiui in i secundę declinatiõis facti p abscisionẽ us syllabę pęnultimã acuunt, vt Vergili. Ouidi. mercuri. haec est fere oim grãmaticoꝝ doctrinã cui tamẽ refragatus est Nigidius Figulus vir sui seculi, pręter vnũ Ciceronẽ oim eruditissim⁹. Is vocãdi casum. Valeri in antepænultima acuebat vt testat Au. Gel. lib. xij. noct. atti. Nonnulli tamẽ vt dicit Gellius dictũ hoc Nigidij irridebãt, sed forsitan imperitiores, ideo dicit vir vndecũq; doctissim⁹ Antonius Nebrissensis. Tantũ Nigidio tribuo. vt libentius velim cũ eo errare, q̃ cum omib⁹ grãmaticis veꝝ dicere. Astipulat Nebrissensi Bebelius nec dissentio. — concisio Vergili &c.

¶ Nomina tertię in as quę in atis olim desinebant, vltimã circumflectunt, vt olim pœnultimã. In cõcisis semp videndũ est quis accẽtus fuit ante concisionem, vt aquinas. arpinas, tolosas, larinas, nostras, vestras, cuias, & ppriũ viri Antias, vt patet ex Tortel. Olim dicebant Cuiatis &c. nam cuiatis p cuias in Plauto leges. ¶ Cõcisa quoq; sunt donec p donecũ qđ in Plauto legit, adhuc, huc, illuc, istuc, illic, istic, hic, duc, dic, fac, exin, proin, subin, dein, p ad hucce, hucce, illucce &c. duce, dice &c. pinde &c. Hinc dissyllabũ secũdam acuit, vt hic primã. ¶ Cõcisa quoq; sunt petit p petiuit. Fumat p fumauit &c. de quo Serui. in. iij. æneí. ibi. Ceciditq; supbum Iliũ, & oĩs homo fumat Neptunia troia, sic ait Poetice tẽpus p tẽpore, vt in. ij. æneí. Qq̃ animũ meminisse horret, luctuq; refugit. Aut certe naturã rei expressit. Nam ruina in breui fit, fum⁹ vero lõgo pmanet tpe. Nã qđ ait Probus circũflectendã syllabã, vt fit fumat p fumauit. nõ pcedit, qa ponẽ tm ṽbũ in vltia habet accentũ; vt significet retro. hęc ille. Mecœnas viri nomẽ. Priscian⁹ in libello de accẽtibus siłr dicit vltimã circũflectere, qa olim ntũs fuit mecœnatis. — As p atis

Quarta. Accentũ transpositio mutat, veluti oẽs ppositionũ cõiunctionũq; syllabę, dũ pponunt, grauant. Nã Quintil. in. i. testis est, ppositionẽ ita dr̃e casui iungi, vt dissimulata dictione sub vno accẽtu, cũ ea enunciet, & veluti in vna dctõne vna tantũ syllaba sit acuta, vel circumflexa, veluti apud Vergi. in. iiij. æneid. — Trãspositio. Prepõnũ & cõiunctionum accentus.

Quæ circum littora circum Piscosos scopulos. quidam tamē voluerunt in circum vltimā acui, ne actus videatur, vt ait Fabius, cui hanc differentiā non placuisse, dicit Nebrissensis. ¶ Præpositio autē penit⁹ postposita p̄dictas accentuū regulas custodit, ita vt monosyllaba acuat, dissyllaba in priore accentū habeat. Verg. ęnei. v. Transtra per & remos. Idem vij. æneī. Decus imperiūq; latini Te penes. Idem dicendū quum p̄positio p̄ voce sumpta nomē est vt luti. Ad quę pars? Quæ sunt p̄positiōes actī casus? Ad apud añ &c. Est tamē teste Prisciano quādo p̄positio postposita grauat oīb⁹ syllabis, vt si inter regens rectūq; ponat, aut inter determinās & determinatū veluti, virtutē, p̄pter impatoris. Te propter euntem.

Cum. Quę Ve Ne ¶ Vna est p̄positio quę postposita oīno grauat, licet sit monosyllaba & est cum, quā Nebrissensis dum postponit encleticā. i. inclinatiuā vocat, quia vt hę tres cōiunctiones encleticę quę, ve, ne, ipsa p̄positio cū. postposita grauat & p̄cedentē syllabam alioqui grauandam eleuat vel acuit. vt mecū, tecum, secum, nobiscū, vobiscū, in quibus nōnulli p̄uerse cū acuunt sic, Cæsar papaq;. Proprie cōmuniterue. Adeo ne furis. Quicum tamē vltimā acuit, quia est interrogatio. Vbi autē manifesta est cōpositio encletica accentū precedētis syllabę nō mutat, vt deniq;, vtiq;, itaq;, vndiq;, sine, hiccine, vbiq; autē in secunda accentū seruat, quia eandē p̄ducit, secus est de incōpositis vt codicilli noueni deniq;. Aufer litteras tecū, itaq; velociter. Frui vtiq; latino gaudēt, licet mihi hac segete frui vtiq;. Plęraq; vtraq; licet composita sint noīatiui etiam aut accusatiui aut vocatiui casus, nihilomin⁹ accentū in pęnultima retinent nō ratione aliqua sed priuilegio quodam vt ait Nicolaus Ferettus.

Cōpositorū accentus. Quinta. Compositio quādoq; accentū variat, vt compositio esse noscat nō oratio. itaq; hæc exceptio particula est secūdę exceptionis. Ergo (vt Gellius docet lib. ij. ca. xvij.) Cicero dixit fieri nō natura sed instituto quodā, vt indoctus dicam⁹ prima breui. Insanus vero prima p̄ducta sic idem Gel. dicit aduersum accentum habere in prima syllaba sic teste Seruio in illud Verg. lib. vi. Quisq; suos patimur manes exinde per ampliū Mittimur elysium Exinde vna pars or̄onis est & in tertia a fine accentū habet licet pęnultima lōga sit, qd' ideo factū est vt ostenderet vna pars esse or̄onis, ne p̄positio iungeret aduerbio, qd' vitiosum esse nō dubiū est. hæc Seruius. Ante quē Gellius dixit attentim antepœnultimā acuere licet pœnultima lōga sit. Et post Seruiū Priscianus in. xv. li. vult eadē rōne tertiā a fine acui in subinde, exinde, deinde, p̄inde, p̄inde, aliqñ, nequādo, hucusq;, alōge, delōge, deinceps, dūtaxat, sinistror

sum, dehorsum, quapropter, enuero, quinimo, nimirum. Meminit huius rei Valla lib. ij. in pinde, subinde &c. Gel. quoque ex aduersum tertiã a fine acuere dicit teste Tortellio. Nicolaus Ferett9 vir doctissimus horum sententiã approbat quã improbandã esse non credo quũ Cicero, Gellius, Seruius, Priscianus pluresque huius rei sint authores, & cũ videmus Ciceroni placuisse. Insanus tertiã a fine acuere licet pęnultima lõga sit, quid ęgre ferimus accentũ quantitati interim repugnare. nam apd' Ciceronẽ corripi est grauari, produci vero acui, veluti apud Tortelliũ dicentẽ vnius primã corripe in hoc Vergiliano, Nauibus (infandũ) amissis vnius ob iram. Producere vero in hoc. Vni9 ob noxã & furias Aiacis oiloi. hic obiter admonendũ videtur de cõmuniũ syllabarum accentibus. In liquescẽtia si fuerit prosa, solam correptionẽ recipimus, in vnius, solius, illius &c. solam pductionẽ, sed in alterius solam correptionẽ. In reliquis vulgatiorẽ doctorum vsum. Quae dicta sunt de subinde, a longe &c. valde displicent viro vndecũque doctissimo Aelio Antonio Nebrissensi & Bebelio. Badius in Alexandrũ id solum admonuit. Peritiores dare accentũ in pęnultima his dictiõibus dũtaxat, apprime, aliqñ &c. de apprime omino assentior. de reliquis iam sententiam tulimus. si tamẽ quis contrariũ malit, non aduersabor. Caetera cõposita vt simplices dictiones regulas de accentibus antepositas custodiũt. ideo antepęnultimã acuit interea loci, teste Prisciano in accẽtibus, ne videat esse oratio sic hactenus, quatenus, aduerbia teste Seruio in illd'. Hac celebrata tenus. vbi vero oratio est, singulae partes suum accentũ seruant, vt pube tenus, crure tenus, hic teste Seruio tenus accentũ in priore retinet cõtra indoctos, qui pube tenus tanque vna dictio sit ineptissime pferunt, nihilominus p tamẽ, vna dictio est & antepęnultimã acuit, vt paulominus p fere, quõ pro qualiter. sic insup, desup, interea, postea, verũtamẽ &c. vt Paulominus cõsummauerũt me in terra. Paulominus habitasset in inferno aĩa mea, hic paulomin9 dictio. vbi vero nihilo min9, paulo minus orõnes sunt. singulis partib9 singuli accẽtus datur ita vt prior in minus tunc acuat, sic capit paulo minus hic. Minuisti eũ paulo minus ab angelis. Amo te paulo minus quam fratrẽ. Nihilo minus amo te, quam me ipm. sic orõnes sunt, multo magis, nullo mõ &c. Nõnulla tamẽ sunt cõposita vbi secũda pars, ppriũ accentũ seruat vt fit in orõnib9, veluti teste Prisciano li. viij. cõposita a facio vbi a non mutat in i vt calefacis, tepefacis, & similiter in cõpositis a fio vt tepefis, addunt a Feretto suaue rubens, vsucapio & ab alijs bñplaceo, fideiubeo, vigintiduo, vicecomes & plura. Nec mirum quia

Tenus.

orationes potius videri possunt q̃ cõpositę dictiones. verũtamen in multis doctorũ vsus omneis ratiunculas exuperat, Archicoquus qđ a Goudano his additur barbarum censemus.

genere in carminibus quorũ initia sunt. O stelliferi conditor orbis. Quantas rerũ flectat habenas. Si vis cælsi iura tonantis. Quęnam discors fœdera rerum. Boetius primo carmini vnicũ adonicũ admiscuit. Crimē iniqui. vt in fine. iij. car. lib. v. Addere partes. Meminisse vbiq; decet vltimã versus esse cõmunem. ideo quart⁹ pes dactylus est nõ amphimacrus hic, Homines quatimur fortunæ salo. Nec vsq; in hoc genere apud Boetiũ trochæus admittit. Nam illd' Totis fratris obuia flãmis, mēdosum est, p Totis fratris & obuia flãmis, nam coniunctionē illam & sensus & versus exigit.

Anapæsticum partheniacũ dimetrum catalecticum, constat tribus anapæstis & syllaba, & est monocolon apud Capellam lib. ij. Caput artib⁹ inclyta virgo, Boetius seruato semp in tertia regiōe anapæsto locat in primo & secundo loco anapæstos vel spōdeos, vel hos vt volumus mixtos, vt. v. car. lib. ij. Fœlix nimiũ prior ætas. & v. car. lib. iij. Qui se volet esse potentē. Notabis autē in anapęsticis catalecticũ dici versum vbi vna vel duæ syllabæ desunt. Brachycatalecticũ vbi pes integer abest. Exemplũ primi, hic est dimeter acatalecticus. Fuge mœnia iam thelamonidę, abest vnica syllaba. similiter hic. Adytũ Veneris fuge virgo, absunt duæ syllabæ a dimetri pfectiōe. Brachycatalectici exemplũ est, Venit optima calliope. hic integer anapæstus abest a dimetri pfectiōe, id speciale est in anapæsticis, ideo bene notãdum est. Ferettus dicit anapęsticum optimũ qui singulos pedes habet, partē orōnis finiētes, qd' in reliquis esset vitiosum, sed id authores raro obseruaut. — Anapæstũ pthe niacum.

Dactylicũ archilochiũ tetrametrum catalecticũ, constat quattuor dactylis syllaba minus. vt Virgo decens comulas religato. sed tertio semp dactylo, primus & secũdus possunt etiã esse spondei. monocolon est hoc gen⁹ semel tantũ apud Boetium vt car. ij. lib. v. Puro clarũ lumine Phœbũ Mellifui canit oris Homerus &c. hoc genus inter anapæsticos ꝟsus habet anapæsticũ, vt in anapęstico archilochio dictũ est. Ideo Perottus nõ recte dixit Boetiũ sæpius hoc genere vsum, veluti car. vi. li. iiij. Si vis celsa iura tonantis. & car. iij. li. v. Quænã discors fœdera rerũ, nam anapæsticos esse ꝟsus ex sequētibus liquet. Veterē seruãt sydera pacem. Non sol rutilo cōcitus igne &c. Causa resoluit quis tanta deus Veris statuit bella duob⁹ &c. — Dactylicũ archilochium

Ionicũ a minori phaleuciũ tetrametrũ acatalecticũ, constans q̃ttuor ionicis a minore, monocolō est apd' Capellã li. iiij. Venerãdos mihi fatus reuerēdos q; secuta. Referã iussa pedem atq; ilicet exorsa silebunt. — Ionicũ a minore.

Ithyphallicum dactylicum

Ithyphallicum dactylicū tetrametrū acatalecticū constat tribus dactylis & pyrrhicio. monocolon est apud Boetiū li.iiij. Qui serere ingenuū volet agrum. Liberet arua prius fruticib⁹. vbi indocte legit fructicib⁹. in prio vsu re p synalœphā absumit, ideo male dixerunt quidam primū versum esse hypercatalecticum.

Alcmanium dactylicū.

Alcmanium dactylicū tetrametrū hypcatalecticum, constat pentemimeri dactylica.i.duobus dactylis vel spondeis aut alternis & syllaba inde sequit necessario dactylus & spondeus, monocolon est apud Boet.lib.i.Heu q̄ pcipiti mersa pfundo. Et apud hymnographū.O q̄ glorifica luce choruscans.

Angelicum stesichoriū.

Angelicum Stesichoriū heptametrū, a nuncij celeritate sic dictū, cōstat duob⁹ trocheis, duobus iambis, trocheo dactylo trocheo. recipit tñ primo loco etiam spondeū. Tale est monocolō apud Catullū. O colonia q̄ capis ponte lędere longo. memineris semp vltimā versus esse cōmunem: de spondeo in prima regione ibidē. Insulsissimus est homo, nec sapit pueri instar. hic homo secūdam pducit quia pyrrhicius hic non recipitur.

Galliambum.

Galliambicū metrum ex duobus galliambis quorū prius habet pyrrhiciū, & duos trocheos cū spondeo. vt est hoc. Simulatus vt furenti, alterq̄ cōstat pyrrhicio trocheo & duob⁹ pyrrhicijs. vt est hoc. Rabie vagus anim⁹. Interdū tamē primo loco spōdeum inuenies, & in scđo iambū atq̄ tribrachū. Tali monocolo vsus est Catullus de Berecynthia & Aty. vt Sup alta vectus Atys celeri rate maria. in vsu autē. Deuoluit iste acuto sibi pōdera silice, vertit primū u cōsonans vbi deuoluit in vocalē, & in bonis libris iste legit non lactes, licet Antonius parthenius ita offenderit, aliqñ etiā in primo loco trocheū inuenies vt. Tympanū tubam cybelle tua mater initia, vbi initia manifesto primā corripit. legito diligenter ipsum Catullum & plura reperies.

Trochaicū archilochium

Trochaicum archilochiū tetrametrū catalecticū constat octo pedibus min⁹ vna syllaba, habet locis imparib⁹ trocheū reliquis etiam spondeū Tali monocolo vsus est hymnographus elegātissimus in laudē salutiferę crucis. Pange lĩgua gloriosi prælium certamis. In vsicło aūt Agnus in cruce leuat immolād⁹ stipite. mendum est ab ignaris poeticæ cōmissum, multis flagris piandū, quia ratio carmis & sensus exigit vt legat in gtō. Agnus in crucis leuat immolandus stipite. i. agnus immolādus leuat in stipite crucis, notauit id ante me Antonius Nebrissensis, nolo furtiuis plumis nobilitari. Hymnus de venerabili sacramēto, de diuo Nicolao. de Catherina virgine, de tēpli dedicatione & pluribus alijs diuis, ad huius

carmis imaginẽ facti minime carmina sunt poeta mediocri digna. Sunt em̃ a poetice indoctis facti, licet alioqui & doctissimis & sanctissimis, qualẽ diuũ Thomã aquinatẽ fuisse nemo inficiat. Terentianus grãmaticus teste Prisciano in declinatiõibus li. vi. Sescuplos vel vnã vincet alterius singulũ. hic alterius pęnultimã pducit, quia sextus pes hic iãbus esse negt teste Prisciano, sed debet esse spõdeus vel trochæus vt patet apud Martianũ Capellã lib. ij. Scande cęli tẽpla virgo digna tãto fœdere, Te socer subire celsa poscit astra Iuppiter. vtit hoc genere nõ ponens nisi hos duos ỽsiculos. Capella intercalariter, post varia semp carminũ genera valde delectabiliter vt apud eum videre licet.

Iambicum anacreontiũ dimetrum catalecticũ, cõstat primo pede iambo vel spõdeo, dactylo tribracho vel anapæsto, secũdo iambo vel tribracho. tertio vt primo & vnica syllaba, sed trissyllabi pedes huic generi perraro admiscendi sunt. vt Dissolue Bacche crines. vtit hoc monocolo Capella lib. ij. legito Capellã, & diligentiã nr̃am laudabis. hymnus baccho dictus a Marullo. Age dum canite patrẽ thespiades mihi Bromiũ, est carmen anapæsticũ acatalecticũ recipiens secundo & tertio loco etiã iambũ & reliqs pedes quos anapæsticis tribuit Seruius in centimetro cum tribracho At finem facio quia monocola quibus vsi sunt linguæ latinæ principes iam satis enucleaui. Iambicũ anacreõtium.

Dicola distropha.

Dicola sunt ex duobus generib⁹ mixta carmĩa distropha, vbi post duos ỽsus fit ad primũ genus reuersio. possunt sine dubio excogitari vel esse repiri plures carminũ mixtiones, q̃ hic collegim⁹, sed nos eas dũtaxat diligẽter cõquisiuim⁹ q̃s placuisse vidimus Catullo, Horatio, Martiali, Boetio, cæterisq; linguæ latinæ delicijs. Carminũ itaq; monocolo℞ distrophorum subiecimus hic mixtiones xxvij.

Heroicũ pponit̃ pẽtametro elegiaco. Marull⁹. Nec te terruerit pegrini nomẽ inane. Crede mihi nl̃la est terra aliẽa viro.

Heroicũ alcmanio vel (vt alij volunt) archilochio dactylico tetrãetro catalectico pponit̃. Hora. Laudabũt alij clarã rhodon aut Mitylenen, Aut Ephesum bimarisue Corinthi. Cõstat secũdus versus tribus dactylis & trocheo, nam si haberet adhuc syllabam esset tetrameter acatalecticus, nec moueat te vltima in corinthi, quia vltima versus est cõmunis, licet aũt quẽuis ex trib⁹ primis pedib⁹ esse spondeũ dum nõ spondei oẽs. vt videbis ex Odis Horatij, qua℞ sunt initia. Laudabũt alij &c. Te maris & terræ &c.

Quid tibi vis mulier &c. vt tamē bene dixit Ferettus tres primi pedes rarissime sunt alij q̄ dactyli. veꝝ nō mentitisum⁹ vt liquet ex his versibus. Insignes aut thessala tempe. Tristiā vitęq; labores &c. Atq; quod rarius est. Mēsorem cohibent archita. Cæterum quod rarum est raro decet imitari.

Dactylicū dimetrum hypercat.

Heroicū preponit̄ archilochio dactylico dimetro hypercatalectico, cōstante duobus dactylis & syllaba. Horat. Diffugere niues redeunt iam gramina cāpis. Arboribusq; comę.

Heroicū preponit̄ iambico archilochio dimetro acatalectico cum dactylica pentimemeri. Horatius. Horrida tēpestas cœlum cōtraxit & imbres. Niuesq; deducunt Ioue nunc mare nūc syluę, iambicum dimetrū est, Niuesq; deducunt Iouē. vbi primus & tertius pedes possunt esse iambi vel spondei, secundus & quartus tantū iambi. Pentemimeris dactylica est duo dactyli & syllaba. vt luti, Nunc mare nūc syluæ, vbi syluæ teste etiā Prisciano v̄sus grā trissyllabū fit. Cæteꝝ miror grāmaticos Seruiū, Diomedē & q̄tq̄t hactenus fuerint, hoc genus inter dicola locasse. Nam videt̄ mihi optime posse poni inter tricola tristropha sic.

Horrida tēpestas cœlum cōtraxit & imbres Niuesq; deducūt Iouem Nunc mare nunc syluæ. Ratio qua moueor est, q̄a optime queunt separi iambicū dimetrū archilochiū acatalecticū & pentemimeris dactylica siue dactylicū archilochiū dimetrum hypcatalecticum, & qd' magis est quasi iambicū hic p se sit integer & solus v̄sus vltimā breuē habet, qd' in alijs nō notaui, vbi quid nō per se v̄sus, sed v̄sus pars est, id patet in his v̄sibus apud Horatiū. Leuare diris pectora sollicitudinib⁹. Findunt scamādri flumina, lubric⁹ & Simois. Pręterea opinionē meā videt̄ iuuare doctissim⁹ poeta Desyderius Herasmus Roterodam⁹, quia carmē qd' Serui⁹ dixit esse compositū ex pentemimeri dactylica & iābico dimetro. vt est hoc. Sydera cuncta micant decoreo lucis aureo. ipse Herasm⁹ diuidit vt sit dicolon distrophon. vt in epitaphio Ioannis Okegi musici summi, cuius initiū est. Ergo ne cōticuit Vox illa q̄ndā nobilis Aurea vox Okegi? Sic musicæ extinctū decus? Dic age dic fidibus Tristis apollo nænias &c. ¶ Definit aūt totū carmen Herasmi in primū genus sic. Numia cur violas? Certe carmē Horatij nihil ab hoc differt nisi ordine, q̄a hic pētemimeris dactylica p̄ponit̄. apud Horatiū postponit̄. ideo videt̄ idē de vtroq; dicendū. Si q̄d obest id solū est qd' epodi natura hæc videt̄, vt sit ex duobus tantū generibus, ita vt secundum sit breuius priore. tamē vltima oda est monocolos.

Herasm⁹ Roterodamus.

Heroicũ non inuenuste Herasmus Roterodam⁹ ꝓposuit iambico dimetro catalectico, qđ Anacreontiũ est, vt in monocolis dixi. Carmen ad Guilielmũ Copum. Vnica nobiliũ medicorum gloria cope Seu quis requirat artem.

Heroicũ iambico dimetro acatalectico archilochio ꝓponit. Horatius. Mollis inertia cũ tantã diffuderit imis Obliuionẽ sensibus. Idem. Nox erat & cælo fulgebat luna sereno. Inter minora sydera Iambicum dimetrũ. vide in monocolis.

Heroicum iambico trimetro acatalectico archilochio (cui⁹ cõpositio in monocol patet) ꝓponit. Hora. Altera iã bellis terit ciuilib⁹ ętas Suis & ipsa roma virib⁹ ruit. Si velis Horatium imitari iambicũ hoc ex solis iãbis cõficies. nec tamẽ inepte fecerit q alios pedes dederit, secundũ doctrinã a nobis in monocolis datã. Nam Herasmũ imitari nõ indecoꝝ cẽseo, ꝑsertim vbi cõtra veterꝝ institutões nihil peccat. is de Britãnia hoc genere pulcherrimũ carmen scripsit cui⁹ initiũ est. Si iactare licet magnoꝝ munera diuum, Sibiq; veris fas placere dotibus.

Heroicũ dactylico alcmanio tetrametro acatalectico ꝓponit. Boetius. Tunc me discussa liqrunt nocte tenebræ Luminibusq; prior rediit vigor.

Dactylicum alcmaniũ tetrametrum acatalecticũ, constat quattuor dactylis, possunt tamẽ tres esse spondei, dũ qrtus semꝑ sit dactylus. sed raro sunt tres cõtinui spõdei, immo apud Boetiũ id nunq; fit.

a Sclepiadeũ pherecratio ꝓponit Boetius. Si qñtas rapidis flatibus incit⁹ Põtus versat arenas. Pherecratium cõstat spondeo dactylo spõdeo. vt. Pontus versat arenas. Boetius videt semel principio anapęstũ dedidisse. vt. Sitis ardescit habẽdi, sed doctissimus vir Badius suspicatur ita emendãdum Vis ardescit habendi, cui vtiq; suffragor.

Asclepiadęũ iambico dimetro archilochio acatalectico, ꝓponit iãbicũ dimetrũ. vide in monocolis. Boeti⁹ hoc genere semel vs⁹ ẽ. Heu heu q̃ miseros tramite deuio Abducit ignorãtia.

s Apphicum hendecasyllabũ glyconico prępo nitur vtrũq;. vide in monocolis. Boetius. Quũ polo Phœbus roseis quadrigis Lucem spargere cœperit.

g Lyconicum asclepiadęo preponitur, vtrũq; in monocolis habetur. Hora. Sic te diua potens Cypri Sic frẽs Helene lucida sydera. Vtit hoc genere duodecies.

Odarũ initia sunt. Sic te diua potens Cypri. Mater sæua cupidinũ. Donec gratus erã tibi Quantũ distat ab iacho. Fesso qd potius die Intermissa Venus diu. Quũ tu Lydia telephi. Et thure & fidibus iu-uat. Vxor pauperis ibici. Intactis opulentior. Quo me Bacche rã-pis tui. Quẽ tu melpomene semel. Marullus hoc genere vsus dedit primę regioni interdũ iambum vel trochæũ, imitatus (vt diximꝰ) Catullũ vt in principio. iiij. lib. Ipse dux patareus chori Iane vatis amor tui. Ipsa robora hñt genas. Ipa sibila frondiũ. Idẽ in hymno cuius initiũ est. Saturni celebres dies. Adsunt & resonãt cuncta me-ro simul, ibi hi sunt ỽsiculi, Larga nectaris attici. Pigebat dare stre-nuo. Pater protogonꝰ dedit. Quis & pauperiẽ pati. sic alibi sæpius Protulit ibidem per synæresim ablm̃ eodem in his ỽsibus. Eodẽ magnanio p̃re Iouis Rheę. Eodẽ coniuge maxio. Quãuis aũt Ca-tulli authoritas mĩme sit spernẽda, tamẽ in prima regiõe glyconi-cis rarissime dabis iambum vel trochæũ, si apud latinos lyricorũ principem Horatium imitari volueris.

Archilochiũ dactylicum tetrametrum.

ARchilochiũ dactylicum tetrametrũ, cuius cõ-positio liquet in monocolis, preponit archilochio altero cõstãte pentemimeri iãbica. i. duobꝰ pedibus q̃rꝫ prior est iambus vel spõdæus, secũdus iambꝰ tantũ. hinc supest syllaba longa partẽ oronis finiens, quã in eodẽ versu tres trochęi sequunt dum memineris vltimã ỽsus esse cõem vt Trahũt. que sic. cas. ma chi. nę ca. ri nas. Hora, Soluit acris hyẽs grata vite veris & fauoni, Trahuntq̃ siccas machinę carinas.

Choriãbicũ aristophanium monometrũ

CHoriambicũ Aristophanium monometrũ, cõ-stans choriãbo & bacchio siue amphibracho, veluti. Pur-pureus tyrannus, p̃ponit alcaico vt Diomedes. vel vt alij volũt sapphico cõstanti Epitrito scd'o, duobꝰ choriãbis & bac chio. vt Te deos o. ro sybarim cur p̃peras amãdo. Ferettꝰ dicit pri us genus aliquãdo anapęstũ p bacchio hr̃e, qd' ex Horatio p̃bari nequit, qui vnicam oden hoc genere scripsit. Lydia dic p omes, Ac deos oro sybarim cur p̃peras amando.

Archilochiũ acatalecticũ.

ARchilochiũ acatalecticum, cõstans amphima-cro & duobꝰ iãbis, vt. Nõ ebur, nequau. reum, p̃ponitur iambico hipponactio trimetro catalectico, cõstanti qnq; iambis & syllaba, recipiente tamẽ locis imparibꝰ spondęũ & tribra chũ, in paribꝰ etiã tribrachũ vnicũ in vnico ỽsu, vt mea. reni. det in. do mo. lacu. nar. scripsit Horatius hoc genere vnicã oden.
Non ebur neq; aureum Mea renidet in domo lacunar.

Ambicum trimetrũ archilochiũ, preponit̃ iambico dimetro archilochio, vtrũq; est acatalecticum, vide monocola. scripsit Hora. hoc genere primã oden epodi & q̃ sequunt̃ p ordinẽ nouẽ. prima est hæc. Ibis liburnis inter alta nauiũ, Amice propugnacula. Sic martialis. Vir celtiberis non tacende gentibus Nostræq; laus Hispaniæ.

Iambicũ trimetrũ archilochium.

Iambicũ trimetrũ archilochiũ acatalecticũ, preponit̃ archilochio alteri vel (vt quidã volunt) sapphico cõstanti pentemimeri dactylica. i. duob⁹ dactylis & syllaba lõga, quã sequit̃ iambicũ dimetrũ archilochiũ acatalecticũ, de q̃ in monocolis dictũ est veluti, Scribere. ṽsicu. los. amo. re per. cussum. graui. Hora. vs⁹ est hoc genere semel. Pecti nihil me sicut antea iuuat. Scribere ṽsiculos amore pcussum graui. Syllaba superans rõne cæsuræ põt (licet natura breuis) pduci, vt liq̃t ex his ṽsiculis. Inachia furere syluis honorẽ decutit, Arguit & latere petitus imo spũs. Libera cõsilia nec cõtumeliæ graues. sed forte nõ inepte q̃s dixerit hoc gen⁹ esse tricolon eadẽ rõne q̃ ante vsi sum⁹ in illo. Horrida tẽpestas &c. & tũ ordinarẽ sic. Pecti nihil me sicut antea iuuat Scribere ṽsiculos Amore pcussum graui.

Iambicũ tri. ar. acat. de quo satis dictũ est, preponitur elegiaco pentametro. Boetius. Quis fluente diues auri gurgite Non expleturas cogat auarus opes.

Scazon siue iambicũ trimetrũ hipponactiũ acatalecticũ, ppoit̃ iãbico dimetro archilochio acatalectico. patet vtrũq; in monocolis. Mar. lib. i. Verona docti syllabas amat vatis Marone fœlix Mantua est.

Nacreontium dimetrum catalecticum iambicum constans tribus pedibus & syllaba quoꝝ prim⁹ est spõdæus iãbus anapæst⁹. nec male (vt opinor) dactylus vel tribrachus scd̃us iãbus. nec inepte (vt opĩor) tribrachus tertius autẽ vt primus, licet rectius dissyllabos pedes iambũ scilicet vł spõdeũ admiseris. hic supest syllaba sic. Quisqs. volet. peren. nem. preponit̃ id genus pherecratio ex spõdeo dactylo & spõdæo Boetius. Quisquis volet perennem Cautus ponere sedem.

Actylicum archilochiũ dimetrũ hypcatalecticum, cõstans duobus dactylis & syllaba, preponitur iambico dimetro archilochio acatalectico. Herasmus. Ergo ne conticuit Vox illa quondam nobilis.

p Haleucium hendecasyllabũ qđ in monocolis patet, preponit Alcmanio vel (vt alij volunt) archilochio tetrametro acatalectico, cõstanti dactylis duobus & duob⁹ trochęis. vsus est eo genere. Boetius semel. Quis se tyrio superbus ostro. Comeret & niueis lapillis. Perottus hic, p dactylo reperiri trochæũ. id ex Boetio colligi nequit, nec puto verum.

Phaleuciũ dictum sapphico ppponit. Boetius id fieri ostendit in. x. car. lib. iij. vbi in principio tribus phaleucijs vnicum subiecit sapphicũ sic. Huc oẽs pariter venite capti. Quos fallax ligat improbus cathenis Terrenas habitans libido mentes Hic erit vobis requies laborũ Post hæc inchoatur gen⁹ de q̃ loquuti sumus, nam phaleucio subijcit alterne sapphicũ. Hic portus placida manens quiete Hoc patens vnum miseris asylum. Perottus male credidit esse monocolõ, vt, Quisquis composito serenus æuo. Docuit istud rectissime doctissimus Badius.

Phaleuciũ dictum pentametro elegiaco ppponit. Boetius lib. iiij. Quid tantos iuuat excitare motus Et propria fatum sollicitare manu?

a Lcmanium dactylicũ trimetrũ hypcatalecticũ cõstans tribus pedibus heroici versus & syllaba, ita tamẽ vt aliquis sit dactylus, pponit pherecratio ex spõdęo, dactylo, spondęo. nõnunq̃ in prima regione anapæstũ admittenti. Boetius lib. iij. Oẽe hominũ genus in terris. Simili surgit ab ortu. Vnus em̃ rerũ pater est Vnus cuncta ministrat &c. Non autẽ vnus qui cuncta mĩstrat. Legunt in hoc genere plures mendę vitio imperitorum, quarũ nonnullas disertissimus Badius sua diligentia pepulit.

a Lcmaniũ dactylicũ tetrametrũ acatalecticum constãs quattuor pedib⁹, q̃rũ quart⁹ tm̃ dactylus est dum memineris vltimã v̄sus esse cõem. reliqui sũt dactyli vel spõdęi, vel hi vt volum⁹ mixti. Pręponit id gen⁹ iãbico dimetro archilochio acatalectico. de q̃ in monocolis diximus. Boetius Sunt etem̃ pennę volucres mihi. Quæ celsa cõscendant poli.

t Rochaicum alcmanicũ dimetrum acatalecticum cõstans q̃ttuor trochęis, recipiens etiã apđ Boetiũ in scđo loco spondęũ, prępponit pherecratio ex spõdęo vł anapęsto & dactylo & spõdęo, vt Cernas ferre tyrãnos. Anapęstũ aũt Boetius noue dedit vt, Solij culmine reges &c. vtit Boetius eo genere semel tm̃. Quos vides sedere celso Solij culmine reges.

Dicolon Tristrophon.

d Icolon tristrophō est carmen ex duobus diuersis generibus, vbi post tertiū quęq; versum fit ad primū genus reuersio. Talę carmen vnicū apud Horatiū repio, licet inter monocola ponaf a Diomede & Perotto pluribusq;. mecum est Badius in oden hāc Horatij, quod exemplū huius rei vnicum est. Miserarū est neq; amori dare ludum Neq; dulci mala vino lauere aut ex. Animari metuētes patruæ vbera linguæ. ¶ Duo primi vsus sunt Ionici a minori trimetri sapphici acatalectici, constātes ex tribus Ionicis a minore, tertius quisq; versus est Ionicus a minore alcmanius acatalecticus cōstans. iiij. ionicis a minore. vt animari &c. Si qs hoc monocolon vocandū contēderit, ille idē dicere coget de iambico trimetro cū dimetro, & de multis alijs qui ab omibus inter dicola iure locanf. ¶ Diuidunf in hoc carmine ab Horatio cōplusculę dictiones, vt exanīari lauit bellerophonte, ideo teste Acrone rectius dici numerus videf q̄ metrum. Acron quoq; id sotadicū appellat, qd' (vt ait Fabius) nō pedum sed sensus fine cōcludit. Fortius em̄ aliqd incompositū pōt esse q̄ iunctū & bene collocatū, vt sotadeo℞ & callimachio℞, vt q̄rundā in orone sibi pœnę licētia lasciuientiū. Iccirco admonendū censuit, vt ad firmius ętatis robur huiusmodi versus reseruarenf. nam hac compositionę semel vsus est Horatius.

Dicolon tetrastrophon.

d Icolon tetrastrophon carmē est ex duobus generibus, vbi post quartū quęq; versum fit ad primū genus regressio. Talia genera subieci hic quattuor.

a Sclepiadęi tres, glyconico vni p̄ponūf, vtrūq; genus in monocolis patet. Hora. lib. i. car. ode. vi. Scriberis vario fortis & hostiū Victor mœonij carmīs alite Quam rem cunq; ferox nauibus aut equis miles te duce gesserit. Scripsit eius generis odas nouē, q̄ diligētib⁹ facile patebūt.

s Apphici tres, adonico p̄ponunf. Hora. li. i. car. ad Augustum. Iam satis terris niuis atq; dirę. Grādinis misit pater & rubenti Dextera sacras iaculatus arces, Terruit vrbē. scripsit hoc genere sex & viginti odas, q̄s facile internosces. ¶ Possemus quoq; (vt prius notaui ex dictis Boetij) trib⁹ phaleucijs vnicū sapphicū subijcere veluti. Huc oēs parit venite capti &c.

g Lyconici tres cōstantes in primo loco tā iambo vel trochęo q̄ spondeo & duobus dactylis, vel cho-

triambo & pyrrhicio, preponũtur vni pherecratio ex primo pede iambo vel trocheo, vel spondeo, scd'o aũt dactylo & tertio spondeo. Tale est Catulli sæculare carmen ad Dianã. Dianæ sumus in fide. Puellæ & pueri integri. Dianæ pueri integri Puellæq; canamus O Latonia maximi Magna progenies Iouis Quam mater prope Deliam Deposiuit oliuam.
Hic antique a depono deposiui præteritũ fecit, p iui penultĩa longa & post sonantũ trissyllabũ fecit non sonantiũ. Præterea hypermetros duos fecit vt, Saltuũq; recõditorũ. hic, rum syllaba exũdat, sed a principio sequẽtis vsus absumit, qui est. Amniũq; sonantũ. Alter vsus est, Sancta noĩe, romuliq;. hic supat, sed a principio seqñtis vsus absumit. Antiquã vt solita es bona. hic notabis in hypermetris vltimã syllabam vsus esse eam q̃ statim p̃cedit syllabã supfluam, & ideo eã esse cõem ac si nulla syllaba superet. id liquido patet ex vsib⁹ iam dictis. Antonius Parthenius dicit hic nullã carminis obseruari ratione̅ qd' certe falsum est. Siqdem hoc gen⁹ suauissimũ est legitimã carminis ratione̅ pulcherrime custodie̅s. id tame̅ ego nõ ex grãmaticis, sed multa diligentia p me Christo duce tandem intellexi. vsus est hoc genere semel Marullus in hymno ad Iouem. Iuppiter pie Iuppiter Benigne, optĩe Iuppiter Qui tuo nitidũ æthera Ambis igne beato. Ponit in prima regiõe trochæum, iambũ vel spondæũ, eodem modo vt Catullus. vt Fertili dare dextra Glæbas seminibus rudes Laudes & benefacta &c.

Marull⁹

Anacreontij dimetri catalectici tres, cõstantes anapesto duob⁹ iambis & syllaba. veluti age cũct. ta. nuptia. li. preponunt vni choriãbico tetrametro sapphico, constãti tribus choriãbis & bacchio. vel amphibracho. vt, Omne nemus cum fluuijs, oẽ canat pfundũ. vsus est hoc genere Claudianus in epithalamio Honorij Augusti & Mariæ. Age cuncta nuptiali Redimita vere tellus Celebra thoros herilis. Omne nemus cum fluuijs oẽ canat pfundum. hoc dicolon vt quod statim p̃cessit & qd' mox sequet ipse per diligentiã meam prim⁹ inter grãmaticos quos noui. elucidaui, vt facile cognoscet siquis aliorũ scripta relegerit. Epithalamiũ est nuptiale carmen in quo Claudianus diuersis generibus vtitur. Primo quide̅ alcaico monocolo, cuius initiũ est. Princeps corusco sydere pulchrior. Secũdo anacreontio cum sapphico choriambico. cuius initium est. Age cuncta nuptiali. quo genere etiam Sidonius vsus est. Tertio anapestico dimetro monocolo. Cuius initium est. Solitas galea fulgere comas

Epithalamium.

Quarto. Asclepiadęo monocolo cuius initium est. Attollens thalamis idalium iubar. Sed omniũ venustissimũ est Catulli epithalamium a nullo hactenus qđ sciam elucidatũ, nostro marte nũc primũ enodandum, de ratione carminis loquor. Nam reliqua pulchre declarat Parthenius. initium carminis de quo loquor est. Collis o heliconij.

Dicolon Pentastrophon.

g Lyconici quattuor cõstantes in prima regiõe trochæo & rarissime spõdęo in secũda vero choriãbico, in tertia pyrrhicio, vel aliter in secũda & tertia regione dactylis duobus sic. Collis o heliconij, vel sic Collis, o heli. conij. ꝓponunt vni pherecratio cuius primus pes est trochæus & rarissime spõdæus, secundus dactylus, tertius autẽ spondæus sic, O hy. men hyme. nęe: de spondæo in prima regiõe pherecratij, tria inuenio exẽpla hæc. hymen o hymenęe. Non abscondis amorẽ. Exercete iuuentã. Cæteri pherecratij apud Catullũ in epithalamio sumunt primũ pedẽ trochæũ. Glyconici in hoc epithalamio solum. xiij. leguntur habẽtes primo loco spondæũ, cęteri trochæũ primo loco habent, hi tredecim sunt. Pro qua turpia ꝓsequens. Complexũ sed abit dies. Fescenina locutio. Desertum dñi audiens. Lusisti nucibus libet. Iam seruire thalassio. Vnguentate labris marite. Prætextate puellulæ. Vos vnis senibus bonæ. Subducat numerũ prius. Qui vestri numerare vult. Torquatus volo paruulus. Sordebã tibi villice. sed versus ille. Vnguentate labris marite. hypmeter est, qa sic scandit, vnguentate la. bris mari. hinc supest syllaba te, in vocalẽ desinens, quã seqntis versus initiũ perimit. vt. Vnguentate glabris marite. Abstinere, sed abstine. sic paulopost. Sola cognita, sed marito. Ista non eadẽ licent, & ante. Flammeũ video venite. Ite cõcinite in modum.

Epithalamij initium hoc est. Collis o heliconij Cultor Vranię genus Qui rapis teneram ad virum Virginem o hymenæe hymen ¶ Hymen o hymenæe.

Hinc ad prius genus fit regressio &c. ne vnquã negligas vltimam cuiusqꝫ versus esse cõmunem, atqꝫ in hypermetris vltimã dici eam in qua perfecta scansio finitur. Notabis autem quasdam mendas fuisse in hoc epithalamio. Nam quidam libri ita habent. O cubile quot omine. Candido lacteo pede &c. Alij vero sic. O cubile quot omibus. Candido pede lectis. Ego lectulis legerem. Aut Cãdido pede lacteo. aliter enim nõ stat versus. Præterea vbi habetur. Ille puluis erithræi lego erithrei vel erithrij sine diphthongo, vt stet versus (nisi quis dixerit in græcis diphthongon ante vocalem interdum corripi) vt enim phaetontius, conopius & plura di-

cuntur aliquādo p phaetonteus &c. vt alibi late vidimus, ita puto posse defendi hic erithrius pœnultima breui, p erithręus pœnultīa longa. Item nōnulli libri habent, multa milia lusuum, alij vero ludere vt vicē nominis suppleat. Ego autē lego, multa milia lusum, vt sit p syncopā lusum dissyllabū p lusuū trissyllabum. Plusculi in hoc epithalamio sunt versus intercalares. i. melioris auspicij causa repetiti, vt hi sunt, hyemē o hymenææ. Compararier ausit. Prodeas noua nupta. Concubine nuces da O hymen hymenææ. Carmen hoc est longe pulcherrimū, siquis tale scribere velit ediscat dictum Catulli epithalamiū. Vsus est hoc genere Marullus in laudibus Senæ. Mater nobiliū nurum. Antiqui soboles Remi. Sæna delicię. Italæ. Seu libet positū loci. Conuallesq; beatas. Verū lōge sæpius dat primo loco spondęū q̄ Catullus. Et certe opinor in prima regiōe tam glyconici q̄ pherecratij posse locari tam spondęū q̄ trochęū.

¶ Angeli Politiani monodia in Laurentiū Medicē, scripta est in genere dicolo pentastropho. Nam tres primi versiculi sunt iambici dimetri archilochij, ex solis dissyllabis pedibus, quorū primus est iambus, spōdæus vel trochæus, secūdus est trochæus, iambus vel pyrrhicius. Tertius vt primus, quartus tantū iamb9. Quartus versus cum quinto est iambicus monometer hypcatalecticus habens primo loco spondæū, trochæum vel iambū, secundo vero iambum, trochæum vel pyrrhiciū, hinc supest syllaba, mallē tamē versus esse secundū legem prius datā, quia Politianus in hymnis suis id solū obseruauit vt sint. iiij. pedes dissyllabi, ita vt tres sint indifferenter quicūq; dissyllabi, dū quartus sit iambus vt patet in hymno cuius initiū est. O virgo prudentissima. Idem factitasse videt mihi in hac monodia suauissima.

Quis dabit capiti meo
Aquā? quis oculis meis
Fontem lachrymarū dabit
Vt nocte fleam.
Vt luce fleam
Sic turtur viduus solet.
Sic cygnus moriens solet.
Sic luscinia conquerī.
Heu miser miser.
O dolor, dolor.
Laurus impetu fulminis.
Illa illa iacet subito.
Laurus omniū celebris
Musarum choris.
Nympharum choris.
Sub cuius patula coma
Et Phœbi lyra blandius,
Et vox dulcius insonat.
Nunc muta omnia.
Nunc surda omnia.

Post hæc repetitur principiū. Quis dabit capiti meo. vsq;. Laurus impetu fulminis. Est autē monodia lugubris cantus, quem cæteris flentibus sola pfica canere solebat in defunctorū funeribus.

Tricola tetrastropha.

a Ricola tetrastropha sunt carmina ex tribus diuersis generibus. vbi post quartũ quẽcꝫ versum ad primũ genus reuertimur. huius generis carmina inuenio duo.

a Selepiadæi duo pręponunt̃ vni pherecratió cũ glyconico, de quoꝝ pedibus satis dictum est. Horat.
Quis multa gracili te puer in rosa. Persusus liqdis vrget odoribus. Grato Pyrrha sub antro. Cui flauam relegas. Huius generis odæ apud Horat. sunt adhuc sex, quarũ initia sunt: Dianam tenerę dicite virgines. O fons blandusiæ splẽdidior vitro. Quid fles Asterie quem tibi candidi. O nauis referent in mare te noui. Vitas inuleo me similis Chloe. Audiuere Lyce dij mea vota dij.

a Lcaici duo, constantes in prima regione spondæo, & nõnunq̃ iambo, in scd'a iambo tantũ, & syllaba partem oronis finiente, quã sequunt̃ dactyli duo, preponuntur vni versui iambico dimetro archilochio hypercatalectico, constanti in primo loco iambo vel spõdęo, in secundo iambo tantum, in tertio spondęo, in quarto tantũ iambo, hinc supest syllaba & sequit̃ quartus versus qui est alcmanius dactylic⁹ tetrameter acatalectic, cõstans duobus dactylis & duobus trochęis. Apud Horatium non inueni alios pedes in his v̷sibus, quicqd aliqui dixerint, memineris vbicꝫ vltimã versus esse cõem. Exemplũ apud Horat. est frequens. siquidẽ hoc genere scripsit Odas. xxxvij. quę studiosis facile patebunt. Nobis vnicæ initiũ exẽpli gratia subiecisse sufficit. Odi pphanũ vulgus & arceo. Fauete linguis carmina nõ prius Audita musarum sacerdos Virginibus puerisqꝫ canto.

Ars versificatoria Despauterij supremã manum accepit, & finita est. xvi. calendas Iunias anno salutis christianę millesimoquingentesimo vndecimo laus & honor in ęternum mitissimo domino deo nostro IESV CHRISTO cũ pr̃e & spũ sc'tõ semp regnãte Amẽ.

¶ Iodoci Badij Ascensij in artem versificatoriam Isagoge seu introductio facillima.

V Ersus seu carmē est certum syllabarū, temporum pedūq; metrum.i.mēsura. In vulgatis autē versibus syllabæ sunt duæ aut tres, interdum quattuor breues. Tēpora tria aut quattuor. Nam breuis syllaba habet vnū tempus. longa duo. Diphthōgus & cōis syllaba vnū & semis, sed in carmīe semp vnū aut duo. Pedes aūt qnq; aut sex. Qui sic colligūtur. aut duę sunt syllabę aut tres in pede, aut interdū quattuor breues, vt in pceleumatico: Si duæ, aut ambæ sunt breues, & sic nō pficit pedem in certis versibus, quia nō essent nisi duo tēpora. sed in antiquis fit pyrrichius vt deus, aut ambę lōge, & est spōdæus vt currunt, aut prior tantū longa & est Trochæus vt arma, aut posterior tantū longa & est iābus vt amant. Si tres syllabæ, aut igitur tres longæ, & faciūt plus q̄ pedem, quia sex tēpora, cū in pede trito nō sint nisi quattuor, aut tres breues & dicit tribrachus vt legere, aut duæ lōgæ & vna breuis, & sic faciūt plus q̄ pedē quia quinq; tēpora; aut vna tantū longa vel ergo prima, & est dactylus vt currere, aut vltima & est anapęst⁹ vt repetunt, aut media, & sic est amphibrachus vt amate, sed eo raro metimur vulgata carmīa, eo q ex breui & lōga dicimus iambum (conficit.

De pedum vsu.

¶ Ex his in hexametris, & asclepiadęis. Vtimur pprie dūtaxat duobus dactylo & spondæo, & licenter pceleumatico. In pentametris elegiacis totidem & si aliter metiri voluerimus anapæsto, vt suis locis dicam. In pentametris sapphicis tribus. Trochæo spondæo & dactylo. Vide paulo inferius pedum sedes.

¶ De syllabarum quantitate regulæ generales ad dimēsionem carminum conducentes.

Q Vantitas inest soli vocali, cognosciturq; per regulam de
Prima regula. ipsa vocali si sola sit aut vltima, aut per litteras cū ea, aut
post eam in eodem versu positas.
Secunda ¶ Vocales solæ & monosyllabæ pducūtur, vt a e i o u. da. mna. de
prę. di. si. ni. sto. flo. pro. præter q̄ pro & vt pro vel. ne pro an. re au
tem non ponitur in fine. ¶ Vocalis cum vocali.i. diphthongus
Tertia. pducitur, vt aut. heu. vęh. fœnum. vbiq; nisi sequatur vocalis, vt
præeo, præustus, væhemens &c. ¶ Vocalis ante vocalem cor
ripitur fere latinis, vt deus meus. præter e inter duo i quintæ, & fio
Quarta. dum non sequitur er, & genitiuū in ius qui cōmunis est pręter alius
semper longum, & alterius semper correptū. In græcis fere produ
citur, vt aer, dius, troes. ¶ Vocalis ante duas consonantes sal-

tem dum altera ponitur in eadem syllaba, aut vnam duplicem in eadē dictione positā, est longa positione, vt currūt aiunt. duplices sunt x z & i inter duas vocales posita ante compositionē, ita vt cū sequenti syllabā faciat, vt aio. dico ante compositionē, quia in biiugus est simplex consonans, addo ita &c. qa in tenuia vocalis est. ¶ Si tamē syllaba sit naturaliter breuis, vt accētu noscitur, & sequatur muta & liquida fit cōmunis, vt cathedra patris. nō matris quia mater noscitur longa dicendo cōmater. ¶ A vocalis finalis in omni casu corripitur preterq̄ in monosyllabis, & in abltō aut vocatiuo a noīatiuo in as longū finito, vt ænea palla a pallas antisi non a pallas palladis. ¶ E finalis pducitur in omi casu preterq̄ in vtō secūdę, & abltō tertię. ¶ I finalis in omi casu pducitur, preterq̄ in datiuo & vocatiuo græcanico tertiæ. ¶ O finalis in omi casu producit, præterq̄ in noīatiuis latinis & in gerūdijs, in quibus cōmunis est. ¶ V finalis in omi casu pducitur, vt hoc & ab hoc cornu. De cōsonantibus erunt in vltimis regulæ. Quinta.

De vocalibus ante cōsonātes reglę generales.

Solum trahit I quodq̄ & dissillaba manas.
a E dissyllaba d. simul l. tardant, sed & N. S.
T q̄ vel v conso. cętera corripiunt.
I tardant d vel l N & S. ceu consonitans v.
M vel r in dissyl. cætera corripiunt.
O Bogomoso dissyllaba d modo tardant.
V rapiunt b. l. p. poly syllaba t, neq̄ solum v.

¶ A in primis corripit ante omes consonātes simplices in primis præterq̄ ante i & præter dissyllaba ante m n s. ¶ E corripit ante omes consonātes simplices in primis, præterq̄ dissyllaba d & l. & præterq̄ ante N S T & V consonantē. ¶ I quoq̄ corripit, præterq̄ ante D L N S & V consonantē, & pręter dissyllaba in M & R. ¶ O corripit nisi ante B G M S. & dissyllaba ante d. ¶ V vero pducitur nisi ante B L P. & polisyllaba in t & ante u cum alia lrā, vt pluuia. nam si sola sit producitur vt yua.

De medijs.

Tardant g vel v medijs, sed cętera curtant
a E. c. d. tardant. l. m. n. t. vel u mihi sola
I nisi sit super u vel q poscit breuiari,
O medio tardant S. T. sed cætera curtant.

V curtant b vel f l p. seu consonitans u.
Dum subsunt medijs, cætera longa dabis.
Excipienda suæ ponentur in ordine normæ.
Nunc satis est primã significasse viam.

¶ A in medijs pducitur ante g & v consonantẽ, ante cæteras corripitur. ¶ E pducit in medijs ante c d l m n t. v. cõsonantem, ante cęteras corripit. ¶ I corripit in medijs ante omes pręterq̃ ante q & v. ¶ O pducit in medijs ante s & t. ante cæteras corripitur. ¶ V corripit ante b f l p & u consonantẽ, ante cæteras pducit. De hac autẽ re plenior cognitio dabit in pcedenti opere cum exceptionibus quas hic non ponimus, quia pposuimus solum dare cõmunes regulas quibus cognitis posset nouitius discipulus versificatoriæ artis, scandere & dimetiri per pedes diuulgatiora carminũ genera, ad quã rem prodest quoq; nosse ea quæ iam dicemus.

De ellipsi & Synalœphe.

Ellipsis necat M. perimit synalœpha vocantem.

¶ Qđ dixi tñ duas aut tres syllabas esse in pede vulgati carmis intelligo de syllabis manẽtibus & nõ absumẽdis dũ pedes distinguũt Namq̃cunq; post M in fine dictiõis sequit in eodẽ vsu vocal in principio alteri9 dictiõis tunc m cũ sua vocali absumit p ellipsim: vt magnanimũ æaciden &c. scãdit sic Magnani, dactyl9 mæaci, dactylus &c. Non tñ sic pnũciabo carmẽ, sed q̃si p vno pede dicã cõtinue magnanimũ &c. Itẽ q̃ties post vocalẽ in fine dictiõis seqt in eodẽ vsu vocal in pricipio alterius dictiõis tũc pcedẽs vocal q̃tũ ad metrũ absumit. vt in buc. Phillida amo añ alias, nã me discede re fleuit, scãdit sic. Phyllida dactyl9, mantali, dactylus, as nã. spõdeus &c. Causã absumptiõis voluit qdã q oĩs vocal pfert cũ aliq̃li aptiõe oris, m vo cũ occlusiõe, ne ergo subito claudere & apire cogeremur, vetitũ est ne post m ponat vocal nisi q̃ absumeret m cũ vocali. Et qa oĩs vocal os apit, nimi9 eẽt hiat9 si plures vocales põnerent cõtinue. Interdũ tñ poetę nõ absumũt, sed licẽter de q̃ suo loco videbit.

Pedum sedes in hexametro.

¶ In hexametro, vt nomẽ indicat, sex sunt mensurę, eo q sex sunt pedum sedes singuli autẽ pedes heroici carminis metrũ faciunt, sicut Iambici car. bini; vt alibi videbitur. Sunt autẽ tantũ duo pedes pprij dactylus & spõdeus. Nam in vltia sede, quia syllaba cõis vltima semper erit, trochęus dicet spõdę9, & in tertia sede, si ppter cęsurã repiat iãbus dicet spõdę9, vt oĩa vicit amor & nos cędam9 amori Si tribrach9 cẽsebit dactyl9, His aũt pedib9 duo loci sũt pprij, qui

dactylo, nisi fiat spõdaic⁹ qui dactylũ in q̃rto habet spondęũ in q̃nto, & sext⁹ spõdęo nisi fiat dactylic⁹ hypmeter. i. in q̃ supra iustã mẽsurã supest syllaba, q̃ sępe p vocalẽ sequentẽ absumit ap̃d Maronẽ. Aliter aũt vocales in diuersis v̾sib⁹ nõ agũt in se mutuo, causa est mora q̃ fit int̃ duos v̾sus. Vñ & v̾sus dictus q̄ v̾sus sit lector a fine vni⁹ ad principiũ alteri⁹. Reliq̃ q̃ttuor loci sunt cões, ita vt possint esse q̃ttuor cõtinui dactyli, aut q̃ttuor spõdęi, aut tres dactyli & vn⁹ spõdeus, aut tres spõdęi & vn⁹ dactyl⁹ isq̄ in i. aut. ij. aut. iij. aut iiij. loco posit⁹, aut cõtra aut duo dactyli & totidẽ spõdei, q̃litercũq̄ positi. Sed freq̃nter & cõtinue est prim⁹ dactyl⁹ & q̃rtus spõdęus. Canori etiã sũt duo aut tres cõtinui dactyli sed sic positi, vt secũdus aut tertius pes nõ terminet ptẽ orõnis, durissim⁹ aũt esset v̾sus in q̃ scd̃us sit spõdęus ptẽ orõnis terminãs, vt si sic dicas, Fallere q̃rit femina duplex nõ bene cautos. Accipiet igit̃ puer q̃nq̄ vltĩas syllabas & dicet q̄ earũ tres faciũt dactylũ, & reliq̃ duę spondęũ. deinde diuidet reliquũ ĩ q̃ttuor pedes iuxta regl̃as positas. vt arma virũq̄ cano, troię q̃ primus ab oris. Primo accipiet prim⁹ ab, dactylũ, & oris spondęũ, deinde diuidet sic. Arma vi dactyl⁹ rũq̄ ca. dactyl⁹ no tro. spõdę⁹, ię q̃ spõdęus. Si q̃ras quõ sciet q̄ arma nõ sit spõdę⁹ q̃a p regulã de a casuali scit q̄ ma corripit, & ita eẽt trochęus q̃ pes nõ est in heroico hexametro. Sil̃r sciet rũq̄ nõ esse spondęũ, q̃a dictũ est q̄ q̄ p & corripit. Et sil̃r de reliq̃s dicet. Potest etiã p dictas regulas incipe a capite v̾sus. Et si vult cõponere carmen, faciet fere vt pría tertij pedis sit vltĩa dictiõis. Sed de decoro carminũ alibi plyxius dicendũ est.

In pentametro elegiaco.

¶ In pẽtametro elegiaco sunt q̃nq̄, & si volum⁹ ĩdẽ pedes. Nam p̄mi duo pedes sũt oĩno ĩdem cũ hexametri duob⁹ pedib⁹, & deinde seruabit̃ vna syllaba longa p se. post q̃ ponent̃ duo dactyli & syllaba q̃ cũ priore syllaba faciet spondęũ. Aut post duos priores pedes sequet̃ semp spõdęus cũ duob⁹ anapęstis. sic. Omĩa dat dñs, nec tenet ipse minus, scandit̃ priori modo sic. Omĩa, dactylus, dat domi. dactyl⁹, nus est syllaba abũdans. Nec tenet. dactyl⁹. ipse minus dactylus nus & nus est spõdęus. Posteriori sic. Oĩa dactyl⁹. dat domi. dactylus, nus nec spõdęus, tenet ip. anapęstus, se min⁹. anapęst⁹ q̄ vltĩma est cõis.

In pentametro sapphico.

¶ In pẽtametro sapphico est trochęus, spõdęus, dactylus, trochęus spõdęus, aut duo trochæi q̃a vltima est cõis, vt in hymno. Vt que, trochęus, ant la, spondæus, xis reso. dactylus. nare. trochæus. fibris spondæus.

In asclepiadęo.

¶ In asclepiadęo sunt quattuor pedes cũ syllaba in medio, sunt enĩ

spõdęus,& dactylus cũ syllaba & duo dactyli,qbus si addat syllaba erit elegiacus vt Mecœnas atauis edite regibus.scãdit sic. Mecœ spõdęus.nas ata.dactylus.uis,syllaba abũdans.edite dactylus.regibus (dactylus &c.

De practica.

¶ Pro practica aũt rõne pauca admonuero. Prĩo vt facturus poema argumentũ seu materiã iuxta vires suas deligat,nõ enĩ nat⁹ ad elegiacũ carmẽ tractabit heroicã farraginẽ. Nam q̃litas carmis debet quadrare cũ argumento. Secũdo vt lecta potenter re,eam totam aĩo concipiat priusq̃ scribere incipiat. Tertio vt excogitatã debite disponat,nam nõ oĩa quo gesta sunt ordine poetæ dicenda veniũt.Quarto vt quibus carmen suũ ditet atq̃ exornet p̃parata habeat multo ante,v̾ba & res,ita vt quæcũq̃ legerit apta carmini signauerit & quasi ad manũ habuerit,indicio aut reptorio aliq̃. Quinto vt loca ad scribendũ quęrat apta,vt sunt secreta & occlusa Sexto vt tẽpora mollia,vt sunt post soporẽ matutina fere,quocirca ceratos habebãt olim parietes & stilũ quo scribebant quę noctu occurrebãt priusq̃ daberent memoria.Septimo vt animũ habeat serenũ & curis alienis vacuũ,& ex lectione alicuius poetę cultioris ad consimilẽ cantũ p̾uocatũ. Octauo ne sit pręceps in cõponendo Nono vt sit diligẽs ĩ castigãdo,adhibito etiã iudicio bonoꝝ.Et decimo vt sit tard⁹ ĩ edẽdo,iuxta illd' horatij,nonũq̃ p̾mat in annũ.

¶ De decem vitijs a pueris in carmine faciendo vitandis admonitio Ascensiana.

Barbara nulla inerit vox aut incongrua metro.
Nulla redundabit,nulla integritate carebit.
Nil transponetur,nil cõfundet male sensum.
Nec rapies longam nec produces breuiandam.
Nec post vocalem nec post m versu in eodem
Partibus at varijs vocalis rite sequetur
Syllaba ni pereat pręcedens,vt modo dixi.
Nec succussante,nec pones molle crepantes.
Nec paucis numeris tibi multa licere putabis.
Nec tibi propones nisi summos quosq̃ imitandos.

¶ Vltimo loco monẽdi sunt pueri vt cõficiendis v̾siculis vitẽt decem vulgata vitia.Primo ne barbaꝝ aut incongruũ quicq̃ admisceant,vt sunt bladũ,guerra,miserere nobis,decẽ milia viri &c. Se

cundo ne qd redundans aut deficiens sit, vt qui, q; & q; aut alias pticulas ppter metrũ dũtaxat ingerũt, Qui pedũ nimis aut nõ satis ponũt, qui sensum nõ explent aut frustra repetũt. Tertio ne qd male trãsponat. Quarto ne sensum cõfundat, vt has res o Luci ad te scriptas misimus ꝗli. dico male, qa q̃ de situ nõ vulgato in orõne pcipiunt seruãda, possunt in carmie q; seruari, in q̃ etiã hypallage interdũ loc⁹ est. Veꝝ vbi sensũ sit obscuꝝ mala est cõpositio, vt dico te ꝗacida Romanos vicere posse, q vsus fingit falso pyrrho ab oraclo dict⁹. est tamẽ aptus exẽplo. Quinto syllabaꝝ quãtitas nõ violabit. Sexto nec post m nec post vocalẽ ponet in eodẽ vsu dictio incœpta a vocali nisi fiat ellipsis aut synalœpha. Septio nõ ponet succussantes lrãs syllabas aut pedes. Non em̃ erit frequẽs eadem lrã vt in illo vsu. O tite tute Tati tibi tanta tirãne tulisti. nec syllabæ, nec pedes duriter positi, vt in scd'o loco ptem orõnis terminãtes Octauo ne qd sit affectate nimis turgide aut mollit sonãs vt. Torua mi mallonꝗis impleruit cornua bõb is. & sentis piuria gẽtis, & O fortunatam natã me cõsule Romã. talis em̃ cõsonoritas vitiosa est Nono vitabit in paruo poemate magna licẽtia, Et decimo cauebit puer ne nõ pbati auctoris vsicos imitet, Sicut em̃ nihil vtilius est ad cõficienda carmĩa q̃ habere ad manũ multa pbatoꝝ auctorũ exẽpla, ita nihil pniciosius q̃ incertos aut nõ pbatos sequi, vt vsiculum illũ. Qꝫuis arte nates tamẽ apparẽt tibi nates. Et eos q scd'am corripiũt in eccl'ia, eremus. Brauiũ, darius. sathanas &c. aut q Iesus p pyrrhichio ponũt cũ sit bacchius aut saltẽ si ουσ in us mutes amphibrach⁹, & q Maria & Lucia scd'a pducta enũciãt. Sed finẽ facio Si pceptores hęc diligenter declarabũt, multũ iuuerint tyrones.

Et hæc pro Isagoge satis sint

Argentorat. Ex Aedibus Matthię Schurerij
Mense Decembri Anno M.D.XII.

T. O.

REGNANTE IMPERATORE CAES.
MAXIMILIANO P. F. AVG. P.P.



